



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso


Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.


Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>





Digitized by Google



20.133



FACULTAD DE DERECHO
Biblioteca

Ej. Consulta en Sala
Excluido de préstamo
(201)



5309199723

D.(FA)

20.133

CAROLI FRID. CHRIST. WENCK

IVR. VTR. DOCTOR. ET PROF. LIPS.

ORATIO

DE

IVRIS NATVRAE IN STUDIO IVRIS
CIVILIS VSV NVNC SINE RATIONE
SPRETO

HABITA D. XXIV. MENS. MARTII ANNO MDCCXIX.

NVNC EXCVRSIBVS QVIBVSDAM AVCTA

32948
16160

LIPSIAE MDCCXXI.

SVMTIBVS FR. TR. MAERKER

"EXCLUIDO DE PRESTAMO"

X-53-207853-4

FRIDER. GUILIELMO EHRENER.

R O S T

PROFESSORI LIPSIENSIS ET SCHOLÆ THOMANAÆ RECTORI

S. P. D.

CAROLVS FRIDERICVS CHRIST. WENCK.

Non miraberis profectio, mi^{hi} Rostī, quod ab homine, quem disciplina *Tua* usum et privata et publica, immortalibus beneficiis *Tibi* devinxisti, videoas nomini *Tuo* inscriptum libellum, qui sit nostrae necessitudinis leve monumentum: erectum praesertim eo anno, qui non modo ob muneric ad scholam Thomanaam ante quinque lustra suscepti, sed

etiam ob matrimonii felicissimi eodem tempore contracti memoriam, auspicatus *Tibi* est et vere καμακτηρίος. Nosti meum erga Te animum: ego autem scio Te ita esse animatum, ut, quum multi olim iisque celeberrimi scholarum magistri literarum deliciis a vitae usu rebusque agendis abduci se prorsus et segregari paterentur, *Tu* nec humani quidquam a Te alienum putas, nec tam *Tibi*, quam publicae rei vivendum esse arbitrarere. Quo consilio muneri scholastico academicum adiunxit, praecipue autem in eo elaborasti, ut scholam *Tibi* demandatam non modo conservares, sed ab antiquis quibus obsidebatur sordibus purgatam instaurares, et ad hodiernum literarum reique scholasticae florem accommodares: quod ita *Tibi* successit, ut

ii ipsi quibus nonnulla perficienda relinquuntur posteri, a *Tuo* Rectoratu novam scholae aeram sint inchoaturi. Quamvis igitur non fuisses indignatus, si quandam de interiori iure Romano disputationem nomine *Tuo* ornassem, (saepe enim inter nos de neglecto a philologis hodiernis iuris Romani et praeципue Pandectarum studio conquesti sumus, cui neglectui quam strenue *Tu* obviam eas, elegantissimae ad Plautum commentationes docent), sunt tamen haec quae *Tibi* offero omnia argumenti eius, quod a philosophia et studiorum recte ineundorum ratione de-
promitum, ingratum ac molestum *Tibi* esse non possit. Faxit Deus ut confirmata valetudine, non familiae tantum et amicis, sed scholae, quam promoves, sed civitati,

quam ingenii amoenitate ornas, sed patriae,
cui munera publicorum fideles administros
praestas, sed orbi literario, quem et scriptis
doceas, et magna iuvenum caterva, quorum
plurimi iam Musis egregie litant, auges,
quam diutissime conserveris. Vale.

Scr. Lipsiae d. XI. Maii A. MDCCCXXI.

Quod in omni artium ac disciplinarum genere,
praesidiisque vitae humanae et praesertim civilis
vel anquirendis vel aestimandis, accidisse animad-
vertimus, Auditores, ut aetas nostra, diversis-
simis commota studiis, aliud evitatura vitium, in
contrarium aliud prona laberetur, id iurispruden-
tiae fata, a triginta et quod excurrit annis revol-
ventes, novo eoque illustri argumento verum esse
edocemur. Nam illud iuris naturae studium, a
Pufendorfio, Thomasio et Wolfio excitatum et aca-
demiis donatum, quum non ita pridem philosophos
et Iureconsultos paene omnes, tum nova Immanue-
lis Kantii doctrina, tum inauditis atque ingenti-
bus Francorum motibus quasi abreptos, adeo ce-
pisset, ut multi artem boni et aequi e sola ra-
tione petendam, legum dominationem fugiendam,
ac bonae menti vivendum esse clamarent, (quam
scilicet pro conditionis diversitate aliam alias sub-
stituebat), id hodie a plurimis, abusum philo-
sophiae, fractam legum atque morum auctorita-

A

tem, cadentemque inanibus commentis iurisprudentiam arguentibus, ita non tam negligi quam sperni videmus, ut valedicere nos iuri naturae ac gentium, et in legum scriptarum studio acquiescere iubeant. Qui quum artis nostrae principatum aliquem teneant, mirum in modum diminutus est eorum Iureconsultorum numerus, qui in iure naturae, quod quidem vere ita dicatur, aut docendo aut scriptis illustrando, operam collocent, ut haud multum absit quin ea disciplina, tota ademissa jurisprudentiae, solis permissa philosophis videatur. Neque tamen in hoc silentio subsistunt adversarii, sed iidem philosophicam iurisprudentiae partem ut noxiā et inauei, neque dignam hominis liberalē doctrinam amantis studio reprehendunt; quodque octavo decimo post Christum natum seculo iurisprudentia, ut ipsi contendunt, aut nulla, aut admodum minuta increminta ceperit, ejus rei causam in jure naturae diligenter culto quaerunt: quippe quo factum sit, ut sedula interpretatione neglecta, praesertim in obscuriore legum sententia, suum quisque arbitriu[m], fictaque aequitatis umbram sectareetur, longeque plures ratione in modo sibi placere, quam Cuiaciorum more, limpidiores iuris rivulos scrutari atque aperire cuperent. Itaque hoc qualecumque iuris naturae studium cane et angue peius fugiendum, historiae faciem legibus admovendam, eiusque rei cum antiqua subsidia diligentius adhibenda, tum nova

sollicite anquirenda esse docent; in iis autem, quae
hac inita ratione reperiantur iuris recentissimi.
praeceptis, artis ope connectendis, atque ad facta
singula prudenter accommodandis, subsistendum
esse Iureconsulto decernunt.

Cuius rei tam firma multos persuasio tenet,
ut, quoniam pauxillum philosophiae Iureconsultis,
atque huic aetati condonandum esse intelligunt, pia
quadam fraude, et quasi ludibundi, ipsi naturae
aliam artem substituant. Gustavus enim Hugo,
huius doctrinæ auctor atque statutor, cuius eximius
in historicam iurisprudentiae partem meritis lu-
bentes assurgimus, disputationem de institutorum
civilium causis varietate ac nexu cum diversa et
populorum, et aetatum, et formarum imperit in-
dole, post Vici, Montesquutii, Filangierii alio-
rumque non dissimiles conatus a se institutam, at-
que illam sane utilissimam, iuris naturae, quo eam
ornavit, nomine unice dignam videri professus
est, assecras hac in re et laudatores nactus non
paucos. Carolus autem Ludovicus de Haller eo
usque progreditur, ut in opere, virtutibus pari-
ter ac viis excellente, nec si quid recte divina-
mus, interituro, philosophiam atque historiam,
misceat, vel, ut rectius dicam, historiam ipsam
pro genuina philosophia venditet; originem quip-
pe civitatum et imperii e mera imperantium po-
tentia repetens, omnesque illius potentiae limites,
nisi quos principum voluntas scripserit, inutiles,

ipsam vero, quam plerique adhibere soleant, conventionis normam iniustum esse dictitans. Quos tales viros philosophiae lumine destitutos dicere, et a meo pudore et a rerum veritate alienum est: incidisse autem in quosdam errores, quos, quo maior sit illorum auctoritas, eo magis aguosci ab omnibus et evitari intersit, pro officii ratione, pro veritatis, qua nihil sanctius nobis esse debet, amore, pronunciandum esse censeo. Nam ego hanc investigandi veri cupidinem att nominum splendore atque admiratione corrumpi, aut invidiae, nescio cuius, sordibus, vanaeque gloriolae appetitu inquinari, non sum passus: eiusque rei fidei, si minus verbis apud alios impetrare potero, firmissimani mea miseri praestabit conscientia.

Quapropter nihil putavi huic loco atque temporis accommodatius a me fieri posse, quam ut impugnatam juris naturae auctoritatem defendarem atque sustinerem. Nolite autem arbitrari, Com militones Carissimi, (Vos enim, qui mea qualia- cunque studia diutius nostis, Patres Academiae, ab huiusmodi suspicione pro Vestro erga me animo alienos esse spero atque confido) nolite, in quam, arbitrari, me quantum studii iuri naturae tribuendum putem, tantum difficulti et arduae iuris scripti cognitioni detrahendum ducere, vel tale ita naturae somniare, quod aut solum, aut cum pau- cis aliis praesidiis coniunctum, ad Iureconsultum infermandum sufficiat. Nam quemadmodum gu-

bernatores navium siderum astrorumque ordinem, aut acus magneticae usum ignorantes, ingenti periculo, sine duce certo circumacti, altum pererrant; iidem tamen, ut cum maxime, non coelum, non acum intueri, sed cum vento atque undis conflictari, saxa, scopulos, vada, quin belluas etiam marinas explorare ac fugere debent, ne, licet recto currentes itinere, subito casu obruantur: ita iuris consulti, si qui iure naturae destinuantur, in immenso aliarum super alias acervatarum legum Oceano oppressi, id quod iustum sit nec scientes nec perpetuo, sed interdum tantum et ignari, et, quemadmodum Ulysses Ithacam, post diuturnum errorem dormientes assequuntur; iidem vero, si iuri naturae totos se dediderint, Icaro quidam aut Phaethonti similes, temerariis excidunt ausis, atque ad eosdem, quos contemserant, scopulos violenter allisi, foedum patiuntur naufragium.

Meam igitur

*de iuris naturae in studio iaris civilis usq;
nunc sine ratione spreto*

orationem, ut Vos, Rector Academiae Magnifice (etc. etc.) eadem, quam alias expertus sum, benevolentia audiatis, enixe oro rogoque. Quamvis enim a mea tenuitate alienum sit proferre quidquam, quod, sive in iudicando subtilitatem, sive in inveniendo ubertatem, sive in dicendo facundiam respiciatis, tanto praestantissimorum virorum concessu dignum videatur; tamen si semina quaedam et quasi fo-

stites veri, horum quibus nostra studia dicamus, offatissimorum iuvenum animis iniecero, facile me impetraturum confido, ut non tam subacti iudicii severitatem, quam consilio, quo hacc a me disseruntur nixa in indulgentiam verbis meis admibeatis.

Sed quum de ipsa notionie iuris naturae nondum hodie sopita sit contentio, aut tenebrae orationem obsidebunt, aut hacc mihi a Vobis, Auditores, venia concedenda erit, ut ante omnia quae mihi ea de re sedeat sententia, non illa nova vel ante hunc diem inaudita, paucis verbis declarem. Nam mihi quidem ius naturae neque prorsus coalescere cum morum disciplina, neque vero ab hac planic secerni et dirimir, longe autem ministeris universa quadam institutorum plerisque gentibus communium, qualem olim Wolfius exhibuit, descriptione absolvit videtur; sed comprehendere ipsius notionis iusti iniustique enucleationem, primaque totius iuris stamina; ut scilicet intelligatur, quid hominibus ex universa rationis lege spectatis, naturaeque accommodate, id est socialiter, viventibus, omittendum sit, ne a communi atque summō humanitatis fine alter alterum prohibeat, quaeque sit adversus eum, qui tale quid committat, rationi consentanea defensio. Verum enim vero quod ex universa hominis notione verum, id pro singulorum hominum diversa indole eventorumque copia, ad nullos calculos exigenda, falsum

nemnunquam appareat; omninoque varia sunt et in ipso in quo currimus virtutis et honestatis studio singulis aut excolenda aut eligenda, quibus ad summum finem contendamus consilia atque praesidia; ut quoisque externa illa iuris lege utamur, aut quantum contra eius rigorem, salva summorum bonorum integritate, indulgendum aliis censemus, honesto uniuscuiusque arbitrio committendum sit. Quare nunquam ipsum iuris praeceptum disciplinae morum, interdum usus iurium honestati repugnat; quemadmodum omnes scimus bona mentis, qua ad Dei similitudinem evehimur, et cupiditatum, quarum plerasque cum animantibus communes habemus, conflictus subinde oriri gravissimos. Quos non externa iuris lege temperamus ac moderamur, subsidium adversus aliorum proterviam, non contra propriam cuique imbecillitatem ferente, sed interna honesti regula, divinitus mentibus nostris insita. Neque enim ea est iuris illius externi ratio, qua perpetuus quidam virtutis et honestatis ordo firmetur et vi adhibita sustinetur: quo ipso omnis cum libertate virtutis et honestatis cogitatio everteretur: sed qua contra impetus aliorum nefarios atque cruentos, quicunque convenienter humanitati vivunt, defendantur.

Sed quoniam temporis ad dicendum dati angustia prohibet, quominus uberioris hoc argumentum persequar, atque ea omnia expromam, quibus adversus multas multorum reprehensiones de-

fendi ista iuris naturae notio illustraque videatur, magnopere a Vobis peto. Auditores, ut quiequid ea in re dissentiendum putetis, id mihi nunc atque huic dici condonetis, meque iam disserentes de usu eius, quod modo delineavi, iuris naturae, ita audiatis, quasi iecto foedere unam eandemque nationem recepissamus.

Nam illud quidem gravissimum mihi videtur statre naturae in iuris civilis, id est a logum latoribus scripti, studia redundare commodium, quod ex illo omnem disciplinae nostrae dignitatem et praestantiam censere atque aestinuare valeamus. Multorum enim in haec studia contemptus excitat, odium acuitur, quod legum scriptarum verbis, ut glebae, adscripti, humi repere, alienae nos auctorati mancipare, nihil de nobis sapere, aut observatione naturae discere, nihil ingenio, nihil meditationi, nihil sensui nativo, omnia memoriae committere, et, ut cum Bacone loquar, tamquam e vinculis sermocinari videamur, unde ingenii vires frangi atque hebetari, animum ad eo a rerum divinarum cura arceri atque avocari iactrant. Quodsi eam omnes sectarentur iurisprudentiam, quam sapienter veteres divinarum humanaeque rerum notitia inniti docuerunt, nihil haberet quo sese defenderet ista adversariorum calumnia. Sed postquam aliorum in solo iure naturae habitantium inscitia et intemperies, aliorum liticulis et negotiis immersorum barbaries et hoher-

tudo, causam communem turpiter prodidit, cedere disciplina nostra aliis interna quadam dignitate et praestantia non sine specie quadam veri prohibetur. Verum enim vero contemplamini, Auditores, aeternas iusti iniustique leges, sine quibus vita nostra servari, sociates iniri, condicivitates, distribui ac defendi dominia nullo modo possunt, quae hominem ab illa agresti et solitaria vita deduetum, atque emollitum, metu posito sui similibus consuecere iusserunt, quibus artium omnium ac literarum ornamenta, quibus vitae et publicae et privatae oblectamenta debemus: considerate cultiorum gentium atque aetatum in maxima: institutorum et opinionum, praecipue autem formarum defendendi iuris varietate, mirum et paene incredibilem de summis iuris praeceptis consensum, eaque perpendite non tam hominum arbitriis, quam necessitatis communi quodam sensu ita evenisse: reputate Vobiscum quales absque leguma et institutorum civilium ordine futuri essemus, cum autem ordinem totum se ad illas iusti et iniusti leges compонere: ac facile mihi concedetis, non sine ratione veteres Cererem Legiferam, tanquam primam iuris inter mortales nunciam, in ipsis mysteriis Eleusiniis coluisse; neque iurisprudentiae, quae et diversi iuris causas fontesque aperiat, et eiusdem ad summa principia revocati constantiam et quasi concentrum demonstret, ullam facile artem aut dignitate, aut utilitate, aut antiquitate esse

praeferendam. Quodsi quidam arbitriis hominum convelli et infirmari suminas iusti injustique regulas, neque omnino usquam ad disciplinae formam leges conditas, sed conditis illis et moribus stabilito iure disciplinam inventam esse nobis obstrepant, commune hoc iurisprudentiae accidit eum theologia: (multa enim religioni divinitus ad nos delatae arbitria hominum et superstitione admiscuere, multa audaces aliorum impetus detraxere, de quibus antequam a theologis subtiliter disputaretur atque decerneretur, dulce atque aeternum religionis beneficium fractos huncinum animos beavit): commune etiam est eum ea pulcri disciplina ad quam artis opera exigere atque examinare solemus, quam et recentiorum ipso artium exercitio, et ab artificibus saepe aut neglectam aut depravatam esse, omnes profiteuntur: commune denique est cum omnibus literarum partibus, quae in sensu quodam aut appetitu humano sive origine et natura sua effluclando, sive ad summas rationis leges revocando, versantur. Verum quum ea sit literarum recte cultarum virtus atque natura, ut neque ab usu vitae prorsus segregemur, ac dirimamus, neque hominum, omninoque rerum externarum principia evadamus, eocca mihi videtur ac lumine suo destituta iurisprudentia, quae a iusti iniustique notionibus explicandis et diligenter ponderandis abstineat: coecus etiam et fere superstitionis in iis, qui ius naturae vilipendunt, iurispru-

dentiae ipsius amio atque admiratio. Nam si ius omne aut solis principum magistratuimque imperiis formetur, aut nescio quo naturae stimulo, plantarum lapidumque more, oriatur, ut nihil in eo necessarium, nihil commune omnibus gentibus ac populis, nihil firmum ac stabile videatur, quod nullas neque in physica, neque in metaphysica radices agat, honestum autem et ad morum disciplinam informatum hominem origine sua magnopere offendat, vix dignum totius vitae studio putaverim. Sin firmam et immutabilis iusti imago in formas sese diversissimas insinuarit, ut, quemadmodum religionis solatium, abscondi nonnunquam et depravari, non admiri atque auferri aut singularis populis aut humano generi potuerit, nulli provincia nostra splendore cedit et praestantia, quum nobis Palladii ciuiusdam sui tutelam genus humanum commisisse, eiusque aut fideliter aut negligenter administratae rationem aliquando exacturum esse videatur. Quo munere quomodo quis possit a vera humanitate removeri, neutquam intelligo: sed quemadmodum verissime in proverbio dicimus: *nullum esse artis osorem nisi ignorantem*, ita contemptus iurisprudentiae, si quis in aliorum studiorum asseclis compareat, ignorantiae, sin iis ipsis qui se Iureconsultos profitentur inhaereat, aut rationi studiorum male initae, aut naturae et voluntatis vitio tribuendus est.

Sed aliis est in studio iuris civilis iuris na-

turae usus, quem quanto apertius negant adversarii, tanto fortius mihi defendendum puto. Legum enim scriptarum et sanctitas et necessitas a nemine rectius coli atque agnosci potest, quam qui paucas sed gravissimas iuris naturae leges recte intellexerit. Nam quod multi aut malevoli obtrectant, aut ignorantibus praesumunt, ita de iure naturae disputari, ut quicquid sit civilium institutorum, quorum necessitas e summo iuris principio confessum demonstrari nequeat, id dubiac auctoritatis atque infirmum statuamus, hoc adeo a nostra certe qualicunque opinione alienum est, ut ex ipsa principiorum iusti et iniusti natura apparere videatur, sola illa ad instruendam et ornandam hanc civilem societatem neutram sufficere, sed illis quasi fundamentis superstrucenda esse aedificia, pro diversa coeli atque aeris, populorum, aetatum, vivendique praesidiorum conditione diversa. Etenim quum in prohibendo consistat iuris naturae ambitus, prohibeat autem ea, quibus commissis dignam homine vitam cum aliis agere nullo modo queamus, quinque defensionis necessariae fines atque modum comprehendat, limites quidem singulis hominibus intra quos se contineant satis accuratos scribit, sed quid intra illos aut singulis hominibus agendum, aut ad constituendam civitatem utile et necessarium sit, nullo modo docet. Nullius igitur instituti imaginem quae esse debeat ius naturae proponit: quorum omnium aut necessitas

aut utilitas ex hominum civitatumque indole demonstranda est; ut, si de jure quaeratas, illud unum, quemadmodum non debeant componi, possis decernere. Unde intelligitis ipsi, Auditores, regnum formas, poenarum modum, conventionum species et cautelas, matrimoniorum omninoque familiarum vincula, iudiciorum et civilium et criminalium ordinem, quaeque sunt eius generis alia innumera, diversissimis rationibus posse constitui, quarum unaquaeque iuri naturae prorsus sit consentanea. Itaque paucissimae sunt iuris naturae leges, totius vitae civilis primordia et quasi incunabula: quae cum in aequabilitate potissimum consistant, non ea quam novarum rerum cupidi somniant, sed sine qua certa ac perpetua actionum norma esse non potest, intra iusti iniustique fines magnus sese legumlatoris sapientiae aperit campus, in quo si se continuerit, nihil amplius ratione iuris exigemus, (nam de salute publica, quatenus aliis praeter institutam fundamentis nititur, aliena est ab hoc loco disputatio) quam ut, quae sint constituta, aequabiliter ac severa fide iudicandis omnium civium factis adhibeantur. Ipsa etiam iuris naturae disciplina paucissimis praeceptis absolvitur: sed iis accuratissime enucleandis, regundisque iusti et iniusti in nonnullorum institutorum civilium ordine finibus, et iucundior redditur et fructuosior. Quae omnia si Vobis consentientibus dixi, fateamini, Auditores.

tores, auctoritatem legum aut consuetudinum iure naturae recte intellectio non modo non infirmari, sed etiam stabiliri. Nam si qualia esse debeat civitatum instituta non affirmare sed negare iure naturae discimus, nunquam ut absolutum omnia civilis sapientiae penum illud venerabimur, neque de singulis legum placitis ita decernere sustinebimus, ut quidquid iuri naturae incognitum, idem iniustum imo in honestum statuamus. Admirabitur potius gratique praedicabimus sapientiam diuinam, quae naturam humanam ita informarit, ut praesidia vitae et ornamenta partim ipsa sibi inveniret, moribusque, quae sunt iuris primordia, defenderet, partim a legumlatoribus, Dei inter mortales interpretibus, tradita ac custodita acciperet: quumque plura illa sint quam quae constituto iure comprehendantur, illum laudis fastigium attigisse iudicabimus, qui omnibus prospiciens aeternum iuris ordinem nunquam turbaverit. Atque ita legum sapienter conditarum, usufirmatarum, auctoritati longe melius consuli videatur, quam si aut cum Hugone absolutae iuris normae eam demum civitatem, in quam totum genus humanum coierit, aptam, interim quicquid magistratus principesque iubeant iustum esse doceamus: (hoc enim cum per se absonum est et a natura humana alienum, tum ad resistendum magis quam ad obedientum invitat;) aut cum Hallero fundamenta legum et civitatum in sola principum po-

tentia quaeramus, quae per se fragilis et caduca, non creat aeternam iuris regulam, sed ad illam sese accommodando defenditur ac sustinetur. Quodsi iustum principum imperium esse negamus, nisi quod aut ortum conventione sit, aut ita ratione temperatum, ut quasi ex conventione principes atque subditi inter se agere videantur, non facies atque tela eversoribus civitatum ministramus, (neque enim ulla veritatis portio est, qua non in hominum perniciem aliquando abusa sit quorundam insaniam,) sed quod origine infinitum imo violentum est, id ad iuris praecepta exigimus, quidque et principi et subditis ut rationem sequi videantur agendum sit, verissima imagine docemus: neque vero negamus, esse huius pacti, inter principem atque subditos positi magis quam initi, proprias quasdam et peculiares conditiones, quibus ab arbitriis singulorum, quae in pactis sunt maxima, universa civitas defendatur.

Sed ne benevolentia Vestrā abutar, Auditores patiamini, ut paucis verbis tertium idque gravissimum emolumentum attingam, quod e iuris naturae studio percipiunt, quotquot civili iuri severam navant operam. Ea enim est generis humani indoles atque natura, ut non semper inhaereat iisdem notionibus et placitis, sed mutato per seculorum decursum ingenio, nunc proprius ad veritatem accedat, nunc longius ab eadem removeatur. Quod in iudicio de iusti iniustique finibus ferendo

evenisse, variarum gentium et aetatum leges atque instituta inter se comparantes animadvertisimus: alia enim, quae olim iusta atque adeo necessaria credebantur, hodie ut iniusta et noxia reiicimus: alia, quae non ita pridem ininsta fere omnes et indigna cultioribus populis clamabant, nunc defensores et laudatores non paucos reperiunt. At quum hoc sit sapientiae et literarum beneficium, ut fontes errorum patefiant, utque ab iis, si qui temporum conditione mitantur, nonnulli certe veritatis ad posteros propagatores immunes se liberosque praestent, maxima est iuris naturae virtus, quod eius ope certum atque firmum de legibus et institutis civilibus iudicium feramus: non ut quid noxiū, quid salutare sit decernamus, (eam enim quaestionem, si limitibus non circumscripta proponatur, a iure naturae alienam esse modo diximus), sed ut, si quid utile ac salutare aut nunc videatur, aut habitum fuerit aliquando, id ante omnia num iustum sit, secundum perfectiorem eius notionis intellectum, examinemus. Neque enim facile superest, qui hodie contendat, salutem publicam absque iustitia posse promoveri, negetque eos aut pravos et cupidos, aut ignavos et imbecillos esse, qui iniustis praesidiis civitatibus consuli posse opinentur. Iam in iudicio de singulis iuris scripti placitis ferendo, mirum in modum aut fluctuant aut rationi ac sensui communi adversantur, quicunque sunt iuris naturae inimici. Quod vel uno Hugonis exemplo probasse sufficiat.

Le enī illi quem supra commemoravi gubernatori siderum ignaro similis, iniuriam omnem nescio qua populorum clade aut superstitione aliquando sancitam, (servitutem puta, quæstiones per tormenta, novas tabulas, et si quae sunt huius generis alia,) iustum declarat, et cum ratione neutiquam pugnantem; vicissim ea que cultiores gentes et veteris et recentioris aevi unanimi consensu receperē, in quibus institutis omnes firmissima civitatum fundamenta agnoscimus, ut absque iis vix homines nos esse posse censemus, matrimoniorum, dominiorum inter singulos cives distributorum, conventionum sanctitatem, admirabili quadam ad dissentiendum inclinatione, non modo non necessaria, sed noxia adeo, saltim dubiae utilitatis esse pronunciat. At qui e iure naturae certam atque aeternam iusti iniustique regulam petierit, in originem atque fontes singulorum institutorum inquirit, quidque in iis e communiationis ac iustitiae præcepto, quid propter peculiares civitatum causas necessarium, quid e legumlatoris arbitrio et voluntate profectum sit, accurate discernit, neque unquam eo se abripi patitur, ut populorum principumque placitis ius ex iniuria fieri profiteatur. Quod si fieri ullo modo posset, eadem ratione, quemadmodum egregius omnis sapientiae magister Tullius docet, boni et mali, veri atque falsi notiones, stultorum suffragiis everterentur ac permutarentur. Et

quamvis illa quam modo propugnavi legum principumque auctoritas exigat, ut iniustis etiam legibus, quid? quod ipsis tyranni iussibus, quatenus salva conscientia fieri possit, obediamus; quamvis iudicum et causidicorum omnino non sit disputare de legibus, ratio tamen eius rei non in mutabili iusti natura, sed in institutorum civilium ordine quaerenda est, quem conservari atque defendi adeo omnium interest, ut iniuriam aliquando ferre, quam illum denegato obsequio in periculum vocare, longe praestet. Quum praesertim, pro conditionis humanae imbecillitate fieri nullo modo possit, ut honesti, iusti, pulcri, aliasque similes notiones, rebus ipsis et factis absolvamus atque repraesentemus: sed si quid in suo genere summum mentis oculis intueamur, ad id pro viribus quisque suis, ita tamen confundamus, nunquama ut prorsus consecuti videamur. In quo ipso magnopere itvat legumlatores eorum Iureconsultorum opera, qui de scripti iuris auctoritate nihil detrahentes, nihilominus quicquid in eo aut pugnare cum iustitia, aut ad illam plenius assequendam, stabilendamque omnino salutem publicam deesse videatur, sollicite quaerunt, idque sibi munus a civibus, a principibus, a gentibus, ab humano denique genere demandatum esse statuunt.

Quod si iis quae hucusque primas magis lineas ducendo, quam accurate singula persequendo disseruimus pauxillum veritatis inest, etiam atque

etiam admonendi mihi estis, Commititones carissimi, ut qui liberalium studiorum vero amantes non quotidiani tantum victus cupidi, qui iusti legum vindices non asseciae superstitionis, qui verae doctrinae ad posteros propagatores, non rabulac et leguleii esse velitis, ea in philosophiae castris stipendia mereamini, quae idoneum Themidos satellitem ornent atque deceant. Quae res quum sit hoc tempore sane difficultis, habet hoc Lipsia nostra in aliis bonis proprium ac peculiare, quod philosophiae studia impigre colit atque persequitur, neque tamen unquam novis imberbium philosophorum decretis adeo sese dedit atque mancipat, ut exinde aliis literis, quarum salus a philosophia pendet, periculi quidquam aut damni oriatur. Itaque nunquam defuerunt in hac aca- demia, qui philosophiam cum iurisprudentia recte coniungentes, egregio adolescentibus exemplo praeirent. Nam ne de Christiano Thomasio, communi totius Germaniae praceptor, sed pau- corum hominum nequitia nobis erepto dicam, neve aut quorum nomina tempus oblitteravit, aut quos vivos pudor monstrari vetat, commemorem, ea fuit olim in Theophilo Gerhardo Titio, gra- vissimo viro, vis ingenii a philosophia culti, doctrinaeque uberrimae praestantia, ut nisi lon-giorem ipsi vitam fata denegassent, ad summo- rum hominum gloriam adspirare potuisse videatur. Recentiore autem aetate Ioannes Georgius Sam-

metus docendo magis quam scribendo ita de iure et naturae et scripto erat meritus, ut quanvis temporis illius et conditionis suae variis difficultatibus premeretur, ex ingente tamen auditorum numero, quorum multos ad summa in variis civitatibus munera evocatos ipse videret, fere singuli cum gratam praceptoris memoriam perpetuo retinerent, tum ab illo sese non modo ad discedendum laboriose, sed etiam ad meditandam subtiliter invitatos imo vero provocatos esse fatarentur. Praeterea quid Michaelis Henrici Griebneri, quid Caroli Ottomis Rechenbergii, quid Ioannis Theophilii Segedi, quid Godefridi Mascovii, quid praesertim Caroli Ferdinandi Hommelii operibus, sive in disputando sollertia et subtilitatem, sive iusti atque iniusti sensum verissimum, sive doctrinae liberalis largam copiam spectetis, suavius atque utilius est? — Quos inter Tu quoque mihi referendus es, cuius virtutem plerique qui huius solennitatis testes adsunt conspicere atque admirari potuere, Christiane Daniel Erharde!, cuius scripta singula alacre ac indefessum veritatis et iustitiae studium, nullius auctoritate corrumperendum, ingenuumque omnis humanitatis amorem spirant, cuius e schola quisquis non esset a natura hebes, sinceris scientiae ac iudicii dotribus locupletior, veri, iusti, pulcri amantior, masculae iurisprudentiae assecula fidelior exiit: cuius, de me quoque egregi⁹ meriti, dom in hoc sanctissimo

Themidos penetrati piam recolo memoriam, videor
mihi voce illa compellari dulcedinis plena,
qua toties hi ipsi parietes personuere, deque offi-
cii quod publice suscipio sanctitate admoneri.

Etenim quod ante plures annos in me dela-
tum est, iurisprudentiam in hac academia extra
ordinem profitendi munus, id administratum huc
usque quantum in me fuit fideliter, hodie non
sine pia grati animi declaratione auspicor. Ac
primum Vobis, disertissimi Antecessores, Il-
lustris Iureconsultorum Ordinis Assessores gra-
vissimi, quorum honorifico de meis qualibuscum-
que studiis iudicio et nuper voti particeps sum
factus, et multa alia de beo vitae meae ornamenta,
sinceritas ago gratias, sancteque Vobis spondeo,
me in praecolla non modo defunctorum, sed cum
maxime vibrum, mihique paulo ante praec-
ceptorum, exempla intuendo, quotidie esse in
id elaboraturum, ne indignum provincia sua com-
mendasse videamini. Tum Sapientissimos Regis
Amicos, quorum egregia consiliis res nostrae
reguntur, ita velim de me meoque animo iu-
dicare, ut quam grave sit hoc in una quae
superest patriae academia iuventutem docendi mu-
nus, en probe me intelligere statuant, et si quando
vires officio parum sufficere videantur, de voluntatis
solutio meae integritate ne dubitent.

Denique Ei gratiae agendae sunt ad Quem quidquid singulis nostrum, quidquid academiae, quidquid Saxonias superest boni, tamquam ad verisimum iustitiae, pietatis, sapientiae fontem referimus, *Friederico Augusta, Optimo patriae Parenti*. Cui si laudem atque gloriam vel sine imperio, fidem vel absque iniurandi religione non modo deberi sed etiam praestari dico, illud dico, quod nemo Vestrorum est, Auditaes, quin sentiat. Itaque dum iterata vice Regi Clementissimo meam fidem obstringo, summam numen ardentissimis imploro precibus, ut tam salutarem, tam caram, tam decoram laureis nullo sanguine partis, tam ornatam cana Uxoris fide, Filiae obsequiis, Fratrum atque Sororum concorde gratia, Principum inventantis, quas veras patrias delicias rectissime dixeris, virtutibus senectutem, Saxonias nostrae quam diutissime salvam sospitemque conservare velit.

Iam quum ad summam orationis meas partem pervenerim, temperare mihi non possum, quin Vobis omnibus, qui in huius solennitatis communionem venire non estis aspernati, Tibi praesertim, Recte Academiae Magnifice, Fautor multis nominibus colende, Vobisque Patres academie gravissimi, pro novo Vestrac erga me benevolentiae pignore animum declarem obstrictissimum, simulque a Vobis magnopere

petam atque contendam, velitis, quo me inde ab adolescentia prosecuti estis amore et studio, eodem me measque res perpetuo augere atque ornare.

Vos etiam, Ornatissimi Commilitones, ita de me quemadmodum hucusque statuite, neque arbitramini, unquam me ullis humanitatis officiis quibus honesta consilia Vestra maturare possim, defuturum. Haec enim est eius quod modo auspicatus sum muneric ratio, ut ornamenta sat multa, tandem non mediocrem admittat, veras autem delicias non habeat, nisi quae a virtutibus Vestris, a profectibus, ab amore denique Vestro offerantur.

Faxit igitur Deus Optimus Maximus ut nunquam nobis desint iuvenes, qui et nos diligere et a nobis diligi cupiant, nunquam academiae quorum in gremio suo, tanquam in fidelissimae matris sinu, enutritorum, virtute et laudibus glorietur, nunquam patriae quos summis munilibus laetabunda praeficiat! Faxit Deus ut huius academiae, antiqui bonarum literarum et artium domicilii, splendor atque ornamenta, perpetuo non modo non diminuantur, sed crescant etiam atque augeantur!

EXCURSUS I.

*De restaurazione politices a Carolo Ludovico
de Haller tentata.*

Si laude neque admiratione digni iudicantur, qui, quum inventores veri sibi videantur, eius quasi sacerdotio vitam oranem, orania studia impendunt, praesertim ea aetate, qua multi veritatem suis e commodis et cupiditatibus metiri, et quaenamque his adversentur pertinaciter aut ignorare aut negare reprehenduntur: non erat profecto quod multorum opprobriis et contumeliis peteretur **Carolus Ludovicus de Haller**, qui, de civitatum originibus et forma veriore, ut ipsi videtur, doctrinam, cummuni opinioni, quam falsam et pestiferam statuit, magna fiducia, multisque usus orationis acuminibus et iugibus, opposuit. Nos certe insigni quam hic scriptor spirat veritatis amore et erga Deum pietate, copiis etiam doctrinae non vulgaris cum accurato naturae humanae studio coniunctae, ita sumus delectati, ut et

compendiarium *), et maius opus **) quotidie fere evolveremus, neque ullis adversariorum calumniis nobis eripi pateremur. Nemo enim idoneus arbitrarius habet vim quandam ingenii et eloquentiae inesse his libris, quae etiam dissentientem erudiat; de imperio autem in universum, tum de variis eiusdem speciebus, et conservandarum civitatum praesidiis, multa esse egregie et ita disputata, ut non ex scholae umbra, sed ex usu vitae prodiisse, facile agnoscas. Quae quidem virtutes adeo hunc librum nostris aequalibus commendarunt, ut, quamvis vituperatus a multis, nondum absolutus, denuo esset literis imprimendus ***).

Neque tamen ita sumus huius auctoris admiratione abrepti, ut fundamenta operis †) minus firmiter iacta non agnoscamus. Nam quemadmo-

*) Handbuch der allgemeinen Staatenkunde, des darauf gegründeten Staatsrechts, und der allgemeinen Staatsklugheit, nach den Gesetzen der Natur. Winterthur 1808. 8.

**) Restauration der Staats-Wissenschaft, oder Theorie des natürlich-geselligen Zustandes, der Chimäre des künstlich bürgerlichen entgegengesetzt. 8.; cuius operis ab anno 1816. quatuor volumina prodierunt Winterthuri. Imo iterata est nuperissima primi voluminis editio; sed quoniam levissimas experta est vel mutationes vel additiones, priora exempla sequor.

***) Cf. acute multa de Hallero disputantem Fridericum Ancillon über Staatswissenschaft, (Berol. 1820.) p. 15 — 28. Recentissimus de hoc argumento scriptor, Carolus Salomo Zachariae, (Vierzig Bücher vom Staate, Stuttg. et Tub. 1820.) titulos quidem operum Hallerianorum allegat T. I. p. 166. 175. 236., sed ita ut sis ipse usus esse non videatur, quod sane dolendum.

†) Reperiuntur praecipue in dem Handbuche §. 9 — 15. p. 30 — 46., et operis maioris T. I. p. 324 — 478.

adūt nūmīs est in describendo fālsae, quām dicit, philosophiae, praeſcritū quoad motus Franco-gallicos effectu *), ac pietate sua, ut est huius aetatis, nonnunquam ad superstitionis et mysticis **) vitia abripitur, ita quod omne imperium potentia mīti contendit, siquidem physice intelligit, plēmāsum sapit: — adeo enim sine potentia imperium cogitari non potest, ut in omnes quae unquam propositae sunt imperii definitiones, potentiae nota recepta sit: — sin ad ethicen refert, ipsis huius principiis repugnat, quum e potentia hominum, fragili et caduca, actionum leges aeternae et necessariae, quales ratio postulat, derivari nullo modo possint. Et quanvis ut hoc imperii fundamentum defendat Hallerus, multa ingeniose disputet, de parentum et liberorum, divitum et pauperum inter se rationibus, deque ea humiliorum conditione, qua ad obsequium potentioribus praestandum sponte ferantur, illud quidem probat, quod vix indigebat probatione, imperium omne cum potentia debere esse con-

*) Handbuch §. 4 — 7. p. 10 — 23. Restaur. T. I. p. 76 — 265.

**) Quod ex omni operis indele iam ante divinabamus, id nuper evenit. Quarto volumine, quo de theoceratia noster exponit, non modo fidei catholicae, sed Papismi apertum agit defensorem, ipse evangelicae fidei addictus. Sed ita omnem Pontificii imperii labem, imo rerum gestarum certissimam memoriam ignorat, Stollbergio duce consitus, ut haec pars operis, cui ipse plurimum tribuit, longe infirmissima videatur. Quam a consilio meo remotorem non amplius excitabo; sed ad cognoscenda doctrinae Hallerianae consecaria, multum attinet legi ab his, quas priorum voluminum pietas et fauidia ceperat.

iunctam, minime vero hoc, in quo cardo versatur disputationis, solam per se potentiam iustam firmamque esse imperii causam. Quae doctrina quum omne tollat iusti iniustique imperii discrimen, non libentius M. Aurelio, quam Neroni, pari fide Attilae et Friderico Augusto obsequi nos iubet; eadem vero excitat, ut non minus his generis humani deliciis, quam illis orbis terrarum flagellis resistamus, atque adversemur. Et enim si hic est perpetuus et a summo numine constitutus ordo, ut potentissimus quisque impereat *), admittenda est cum Hallero, non vituperanda, omnium ad summam potentiam consequentiam aemulatio **), neque paucandi sunt qui regium fastigium affectant; qui, si modo potentiam regia maiorem favente fortuna consecuti fuerint, iuste imperabunt!! legi autem naturae morem gerunt, quae iubet unumquemque in eo elaborare, ut sortem suam meliorem reddat et liberiorem! En omnium de summa potestate contentionem!

*) „Das ist ewige unabänderliche Ordnung Gottes, dass der Mächtigere herrsche, herrschen müsse, und immer herrschen werde.“ Restaur. T. I. p. 361. Cf. Handb. §. 10. p. 33.

**) „Unabhängigkeit ist im religiösen Sinne ein Segen, „oder eine Gnade Gottes. Zu ihrem möglichen „Besitz ist zwar jeder Mensch berechtigt, aber sie „kann, wie alle selteneren Glücksgüter, nur von „sehr wenigen erreicht werden. Der erste Mensch „muss sie nothwendig besitzen, und allen späteren „kommt sie noch hent zu Tage zu, wenn sie ent „weder vacante Ländern occipißen, und unabhängig „behaupten können, oder bereits innegehabte ver „tragsmässig erwerben, oder sich selbst von aller per „sonlichen und dänglichen Verpflichtung zu befreien gewissen.“ Handb. §. 15. p. 45. Cf. ubi haec suauis explicantur Restaur. T. I. p. 469, sqq.

en civem a principe, principem a civibus sibi metuentem! en bella civilia, dissoluta imperia! — Atque hanc doctrinam, quam ratio, quam aranum monumenta aversantur, cui qui civis actiones suas accommodat, is nefarius rei publicae proditor, ordinisque civilis eversor iudicatur, quam qui principes sunt sequuti, ii vitam perpetuae mortis imaginem, post mortem vero damnata memoriā habuere, — hanc, inquam, doctrinam firmare principum potestatem, cum Hallero, statuamus? — in ea refugium aduersus turbulentos homines novarumque rerum cupidos quaeramus? quorum ut omni aetate, ita hodie, non magnus est numerus, qui dum clamant spreti, si quid moliantur graviter puniti, intereunt; ut primum timeri se sentiunt, excitantur et increscunt, civesque de salute publica reddunt sollicitos. Neque enim eos omnes qui in administranda republica nonnihil immutandum esse non sine orationis licentia profitentur, vi et armis illam instaurare velle putandum est: sed quum nova his quinquaginta circiter annis extiterit non modo civitatum plurimarum, sed etiam artium ac literarum, praesertim philosophiae, forma, quum administrandarum civitatum difficultatem praeter aes alienum, bellicae turbae, crescens hominum numerus, commercia fracta, diminuti redditus publici, auxerint, quuma in hac rerum nostrarum conditione semina melioris aevi, profligatis malis extituri, agnoscamus, neque ulteriores generis humani progressus remorari quisquam aut possit aut debeat: mirum non est audiri voces hominum, etiam optimerum, tanto clariores, quanto magis se non

'exauditi iri pertimescunt *). Ceterum populos adeo desperantes, et quasi ad incitas redactos, posse, si quis tempori cedat atque obsequatur, ad pacem et concordiam revocari, imo eius quem iam aversari videbantur principis amore atque admiratione abripi, recentissimum Hispaniae exemplum docet, quo nihil excelsius novit historia **).

Quod aptem una lege honesti potentiam a vi secerni contendit Hallerus ***), id de usu potentiae verissimum est, qui ad alias quam iusti et inhonesti leges exigi non potest: sin ad fontem et originem referatur, siquidem iniuste parta potentia haud dubie vis est, falsissimum: neque enim iusta potentiae et iniustae causas interna honestatis lege, sed habita simul multarum rerum

* Cf. Georgii Sartorius, affinis coniunctissimi, liber, omnibus qui de salute publica solliciti sunt, sive imperantibus sive subditis, magnopere commendandus: über die Gefahren, welche Deutschland bedrohen, und die Mittel ihnen zu begegnen. Gotting. 1820. 8.

**) Consectaria doctrinae Halleriana, si quis in quarto operis volumine quaerere nolit, etiam repudiuntur in libello: über die Constitution der spanischen Cortes, quo de compositis Hispaniae motibus iudicium tulit. Quo libello in omnes constituendarum civitatum formulas adeo invectus est, aetatemque nostram perpetuae in principes coniurationis tam aperte accusavit, ut is ipsi secretiori Reipublicae Bernensis consistorio, cui assidet Hallerus, tamquam ex duodecim tabulis insignis ad deformitatem puer, cito opprimendus videretur. Cf. das Oppositionsblatt 1820. Beilage 56. p. 449. sq. Literar. Wochenbl. 1820. no. 61. et indicium de hoc libelle in Ephem. lit. Lips. 1820. no. 240. latum.

***) Hand. §. 11. p. 37. sq. §. 22. p. 58. Restaur. T. I. p. 375 — 396. T. II. p. 60 — 65.

externarum ratione, recte metietur. Inter quae duo, usum potentiae, et originem, quantum intereat, facile ex eo apparet, quod iustis iniisi nixa potentia, abusu in violentiam degenerat, vicissim quae iniuste parta est, intra honestatis iustitiaeque fines sese continendo, firmatur atque sancitur.

Denique quod abutsum summae potentiae civilibus institutis impediri aut cohiberi posse praefracte negat, neque alia adversus illam praesidia extare contendit, quam quae singulis etiam contra vim quamlibet minorem praestos sint, (honestatis studium, conatum resistendi *), auxilii alieni implorationem, fugam), ut toti populo qui a principe quopiam vexetur aut in uno Deo ponenda fiducia, aut (quod abhorremus!) aperte dimicandum et decertandum cum principe sit **), id nullo modo ferendum videtur. Non quasi negem impius, auxilium praesensque numen divinum esse implorandum, quo, ut nunquam ceterere possumus, ita duris praesertim violenti imperii temporibus, populi confidunt: sed quoniam Deus gnavoriter agentes, non desidia torpentes, adiuvat, Hallerus autem ipse, dum bellum civile inter principem et subditos oriri posse concedit, ima-

*) *Selbsthälfe, Widerstand.* De qua re quae polemice disputat Hallerus (Restaur. T. I. p. 401 — 412.) quasi unquam omni propriarum virium usu a philosophis interdictum sit, mero verborum Indibrio nituntur. Ipse enim latissimo sensu accipit vocabulum *Selbsthälfe*, isti quibus adversatur strictissimo.

**) Handb. §. 11. p. 38. §. 27. p. 78. sq. Restaur. T. I. p. 397 — 430. (praesertim, a pag. 425.) coll. T. II. p. 415 — 446.

nas tale bellum gerendi civibus tribuit, agnoscere
 videtur, absolutam, et quae externa vi labefactari
 nequeat, potentiam, nullam esse. Atque idem, si
 quis ex ipsa potentiae¹ notione physica nolit intel-
 ligere, omnis clamat historia. — Quodsi externa
 non sunt etiam summi imperii praesidia, quibus
 ita defendatur et sustineatur, ut frangi et ex-
 pugnari nullo modo possit, si bella civilia ipsis
 civitatibus exitium, civibus internacionem parant,
 si principis pariter ac subditorum interest, ut
 pace et concordia omnes ordinis civilis fructus
 colant, cultos percipient, quidni eam imperii
 notionem sequamur, quae non a caduco fortunae
 beneficio, sed ex aeternis rationis legibus deponita
 sit? — Tantum autem abest ut ratio humana
 limites summo imperanti scriptos respuat, ut
 potius solis limitibus, aut sponte a principe agni-
 tis aut simul conventione definitis, iustum impe-
 riua ab effreni libidine distinguat *). Neque
 enim, ethice non physice disputanti, id desinit

*) Egregie Fridericus Köppen in praestantissimo libro:
 Politik nach Platonischen Grundsätzen, mit Anwen-
 dungen auf unsere Zeit, (Leipz. 1818.) p. 342.
 „Immer bleibt die Voraussetzung richtig, daß rohe
 „physische Macht und deren willkürlicher Ge-
 „branch eingeschränkt seyn müsse, um nur über-
 „haupt den Gedanken des Rechts zu fassen, und es
 „ist eine schlechte Wiederherstellung der Politik
 „und Rechtswissenschaft, wenn man Gewalt und
 „nur Gewalt als Grundlage des gesamten Rechts
 „und der wahren Herrschaft anpreist. Dass will-
 „kürlische Gewalt in Staaten- und Gerechtigkeits-
 „pflege häufig genug eingebrochen, wer will es in
 „der Geschichte läugnen? Wer will aber deswegen
 „behaupten Maatslosigkeit sey die Quelle des Ge-
 „rechten, und wilde Kraftäußerung die Wutzel der
 „Regierungsweisheit? “

summum esse imperium, cui quidam scripti sint fines. Quod qui contendunt, quidni eadem ratione docent libertatem cum virtute non posse consistere? — Nihil perfectum, nihil absolutum ratio agnoscit, nisi quod legibus quibusdam regatur atque temperetur; quae si non ab arbitriis hominum, sed a necessitatis conscientia proveniunt, non interimant libertatem, sed creant atque aluant *). Itaque nec sumnum imperium ratione approbatur, nisi legibus accommodatum **). Quae

*) Vis consili expers, mole ruit sua :
Vim temperatam Di quoque provehtunt
In maius.

Horat.

**) Ambiguo mihi disputasse videtur Ancillon: über Staatswissenschaft p. 37. „Die Souveränität kann „getheilt oder ungetheilt seyn, und im ersten Fall „werden die Theile, aus welchen sie zusammen- „gesetzt ist, sich wechselseitig beschränken. Aber „aufgefasst in ihrer Totalität, in ihrer Einheit wird „sie immer unbeschränkt erscheinen, denn die Ge- „walt, welche den Souveränen beschränken würde, wäre „der wahre Souverän;“ quae mox ita interpretatur: „dass die Souveränität in den Verhältnissen und „für die Handlungen, die allein ihr rechtmäßiges „Gebiet bilden und bilden können, unbeschränkt „sey, nicht dass diese höchste Gewalt im mensch- „lichen Dingen auch auf alle Verhältnisse und alle „Handlungen, die im Staate sich ereignen, ausge- „dehnt werden könne und solle.“ unde pag. 43: pronunciat: „In intensiver Hinsicht ist sie unbe- „schränkt, in extensiver Hinsicht ist sie in bestimmt- „ten Schranken eingeschlossen.“ Itaque vis imperii ipsa illimitata esse debet: si civium quaedam sunt in legibus ferendis et re publica administranda par- tes, non restringitur imperium, sed ipsum cum civibus communicatur: id unice spectandum ca- vendumque est, ne vi ista illimitata his quoque in rebus utatur princeps, quae a fine civitatis, cuius causa constitutum est imperium, aliena sunt. Sed

inhaerent leges profecto animis omnium: sed quum magnopere civium intersit, ne a principum vitis aut virtutibus communis salus et securitas pendeat, proponi illas leges publice, propositae auctoritate publica muniri consultius est. Quod si civium in comitiis per legatos congregatorum quaedam partes sunt in gravioribus consiliis de re publica capiendis, administratio autem reipublicae, praecipue quatenus ad iustitiam tuendam spectat, non singulis hominibus, sed collegiis principi subditis committitur, nec principi a subditis, nec subditis a principe metuendum esse videtur. Cives enim in comitiis congregati, iniustis et perniciosis ausibus resistent: optima quaeque consilia adiuvabunt: dumque aut ipsi a principe meliora edocentur, aut principi de consilii capiendi necessitate persuadent, ea orientur inter utrosque societas, et utriusque sortis communio, qua nihil gratius esse potest, nihil civili vitae accommodatus^{*)}). Quae ubi extitit nec meticulosus nimiumque curiosus princeps erit, cui adversus illam quae nulla aetate deest rei publicae sentinam, non modo ea quae in regimine civitatis posita sunt

quis vim istam ingentem intra certam regionem cohipeat? Convenientius profecto rationi est, ipsos potentiae aculeos aliquantum hebetari, quam potest illimitatae fines praescribere, quos non egrediatur. Nam si interna tanta vis est ut finem non habeat, externos etiam limites nullos agnoscat. Neque cives qui auctoritat regiae certis casibus legitima obstacula obmovent, ipsi ideo imperant.

*). Cf. egregie disputantem Ancillon über Souveränität und Staatsverfassungen (Berol. 1815.) p. 99. sqq. et libri iam laud. über Staatswissenschaft. p. 85. sqq.

praesidia, sed honestissimi quique cives praestos erunt. — Ceterum ne pravi quidem principis temeritas ita ut diximus constituta civitate, belli civilis triste spectaculum facile adducet. Nam quum in parvis rebus praestet etiam iniuriam tollare, quam certantes de iis de re publica periclitari, in magnis cives de officio principem admonebunt; ministros eius pravos aut parum idoneos accusabunt, subsidia denique quibus carere non possit denegabunt. Collegia porro, quibus nunquam desunt homines officii magis quam gratiae studiosi, provinciam potius sibi commissam relinquunt, principique reddent, quam iniustos ausus iuvent et ad exitum perducant. Quae singula quum vim aliquam habeant ad animum imperantis commovendum, coniuncta etiam obstinatam frangent pertinaciam, et ad consilia prudenter capienda reducent.

Et quamvis facile intelligam non tam scholae placitis quam rerum experimentis in hoc argumento esse credendum, neque eadem omnibus vel locis vel temporibus esse accommodata, nostra tamen aetate plerorumque populorum exempla docuere, quantopere mite et civium consortio sapienter temperatum imperium, Hallerianae praestet potentiae, nullum nisi in fuga, servitute, bello, solatium relinquenti! Quibus omnibus nihil est vel a vera civitatis notione, vel ab ipsa humanitate remotius.

Nam quae de hac ipsa civitatis formula, qua cives per legatos principi consilia precesque offerunt, nonnullis etiam eius actibus assensum pra-

bent, [*Repräsentativ-System*^{*)}] ; porro de conventionibus inter populos atque principes nonnunquam initis ^{**)} contemta disserit Hallerus, copiam doctrinae qua abusus est historicae offerunt ; philosophice autem spectata adeo levia et manifeste falsa sunt, ut refutatione vix digna videantur ^{***)}.

^{*)} Handb. §. 16. in f. p. 47. Restaur. T. I. p. 486. sq., quorum similia multa immixta sunt disputationi de comitiis in dem Handb. §. 55. p. 151., sed praecipue in der Restaur. T. III. p. 508 — 530.

^{**) Restaur. T. II. p. 364. — 375. coll. Handb. §. 55. p. 152. et Restaur. T. III. p. 561. — 591.}

^{***)} Quis enim concedat veritatem asserti : „*Repräsentativsystem* ist nur ein anderes Wort für Aristokratie, in einer fingirten oder factiv erweiterten „Genossenschaft, ein verschleierter Ausdruck (1) „der die Absicht verborgen sollte, alle Füstenthümer in „Republiken umzuwandeln.“ — Quumque verbum illud formam civitatis in universum, non certam qua cives repraesententur rationem indicet, manus sibi infert Hallerus T. III. p. 318. ubi de comitiis, quae imperio militari propria esse dicit, ita : „Daraus erklärt es sich nun, daß bis auf den heutigen Tag (mit Ausnahme der revolutionären Zeiten) die Reichsstände in allen Ländern aus dem Adel, der Geistlichkeit, und den Städten oder dem Bürgerstande zusammengesetzt waren, und wird aller Subtilitäten, Grübeleyen, und Speculationen über das sogenannte Repräsentativsystem ungeachtet, für die Erhebung von Steuern, die Einwilligung zu allgemeinen Gesetzen, die Eingabe von Beschwerden u. s. w. nie eine bessere Vertretung der Nation als diese gefunden werden können, die durch Natur und Gerechtigkeit von selbst gegeben ist.“ Non igitur adversus omnem civium repraesentationem tela sua vibrare debebat Hallerus, qui aliquam eius speciem ipse admittit. Sed T. II. p. 325. ubi de tributis exigendis exponens, idem argumentum attingit, rursus : „Es repraesentieren aber diese Landstände von Rechtens wegen auch nicht das

Sed ea est argumenti ubertas, operisque Halleriani ratio, ut facile novum super eo librum componeret, qui singulas eius virtutes, singulos errores recensere niteretur. Quumque in Excursu secundo aliquoties ad Hallerum sit redeundum, notatis his quae ad summa spectant principia, consectaria (notionem civitatis, principis et cet.) silentio praetereo. Unum notabo vitium, quod per totum opus Hallerianum sese exseruisse, lumenibusque egregii viri non parum offecisse videtur. Placet enim sibi in principum et privatorum rationibus inter se comparandis, ad quam sane comparisonem illa assertione ducitur, quum diversi sint potentiae inter homines gradus, qui summam possideat, eum principem esse *). Quae ipsa assertio quemadmodum magnopere restringenda videtur, ne Spartacus, Pugatschevius, eorumque similes, saltem quaimdiu defendere se potuere, principes habendi sint, ita quod ipse Hallerus de similitudine populi et filiorum familias non

„Volk, wie man gewöhnlich wähnt, sondern nur „sich selbst ! ! “ — Quis porro concedat quod de pactis conventis quorum argumenta T. II. p. 367. sq. recensentur, affirmat : „sie sind erstens bey „weitem nicht so wichtig und so wesentlich, als „man glaubt, dabey selten nöthig, ohne Religiosi- „tät, d. h. ohne Anerkennung der natürlichen Pflicht, „Verträge zu halten, durchaus unnütz und illuso- „risch, bisweilen sogar schädlich, d. h. der Unge- „rechtigkeit förderlich ?“ Cf. etiam T. II. p. 182. sq.

*), „Princeps est homo locuples, potens, nemini ob- „noxius.“ Handb. §. 14. p. 43. Restaur. T. I. p. 459. sq.

ultra limites persequenda aliquando monuit *); ipsi saepissime revocandum in memoriam videtur. Nam si e fine cuius gratia potentiam quamcunque singulis aut natura dedit, aut hominum arbitrium concessit, ipsi illius potentiae limites describuntur atque cognoscuntur, facile appareat, principum imperium, et civium etiam opulentissimorum honestam libertatem; ita inter se non modo virium et praesidiorum apparatu, sed etiam consiliorum quae persequi liceat diversitate distare, ut etiamsi ex eodem fonte principis et civium iura fluant (honesti puta iustique principiis,) magna tamen sit inter ea quoad causas, ambitum, et quasi materiam differentia. Id vero tam audacter negat Hallerus, ut adeo omnem iuris publici disciplinam aliquando interituram, partemque iuris naturae eius, quod de officiis hominum in societate viventium exponat, futuram esse vaticinetur **), neque ullum contendat ius esse

*) „Uebrigens ist die Vergleichung zwischen Kindern und einem Volke nicht durchaus genau; man muss die Bilder nicht zu weit treiben.“ Handb. annot. ad §. 10. p. 37.

**) Restaur. T. II. p. 57 — 59. ubi ita: „Es müssen auch alle Befugnisse des Fürsten, oder sogenannte landesherrliche Rechte, nur allein aus seinen eigenen Rechten hergeleitet werden können (1), d. h. aus allgemeinen Menschenrechten, die ihm so gut als den übrigen Staatsbürgern zukommen, und aus erworbenen Privatrechten, mit andern Worten aus Freiheit und Eigenthum. — — Die Zeit wird kommen, wo man kein besonderes Staatsrecht mehr schreiben, sondern dasselbe nur in dem natürlichen Recht überhaupt, bey der Lehre von den Dienst- und Gesellschafts-Verhältnissen abhandeln, und höchstens auf deren Modification durch höhere Macht und

principis, quod, licet alio nomine minoreque am-
bitu, privato non competit *), nullum officium
subditorum, erga principem, quod aliis aequo
personis non debeant **). Quam similitudinem
exactissime persequendo, quemlibet civem non
nimis quam principem bella gerere ***), foedera

„Freyheit beylängige Rücksicht nehmen wird. Wir
„aber, die das Eis des Irrthums brechen, und der
„Wahrheit ihre Bahn eröffnen (!!!) müssen vor-
„erst noch zeigen, dass die Rechte, welche man
„landesherrlich zu nennen pflegt, auf der nämlichen
„Grundlage, wie die Rechte aller andern Menschen
„beruhien, mit ihnen durchaus die nämlichen sind,
„und sich von denselben nur allein theils durch
„die Benennungen, theils durch die Grösse und
„Wichtigkeit der Gegenstände unterscheiden, über
„welche sie ausgeübt werden.“

* „Es besteht zwischen dem Kinde und dem Vater,
„dem Herrn und dem Diener, dem Fürsten und
„dem ärmsten Privatmann, kein wesentlicher Un-
„terschied des Rechts, sondern nur eine unmerk-
„lich fortlaufende Gradation ungleicher Natur-Ga-
„ben und ungleicher Glücksgüter, nicht verschie-
„denes Befugniß, sondern nur verschiedene Mittel,
„ähnliches Befugniß auszuüben, oder nicht auszu-
„üben, die nämliche Freyheit in grösserem oder
„kleinerem Kreise zu äussern. Man pflegt es als
„ein besonderes außerordentliches Recht der Fürsten
„anzuführen, dass sie nur allein Gott, und nicht
„bloß willkürlichen Menschen-Befehlen unter-
„worfen seyen. Allein des äussern Scheines unge-
„achtet, ist dieses dem Geiste nach auch bey allen
„andern Menschen der Fall“ etc. Restaur. T. II.
p. 399. sqq.

**) „Demnach sind auch die Pflichten der Unterthanen
„gegen den Fürsten die nämlichen, die sie gegen
„alle anderen Menschen auch haben“ etc. Restaur.
T. II. p. 404 — 413.

***) Restaur. T. II. p. 93 — 104. ubi verba pene ri-
dicula: „es ist wohl kein Mensch, der nicht in
„seinem Leben mehrerenmal Krieg geführt habe,

inire legatosque mittere *), leges condere **), imo privilegia gratiosa tribuere ***), iurisdictionem tam civilem quam criminalem exercere †), pronunciat. Hoc vero est non lucem sed caliginem inferre disciplinae. Nam quum natura, fine, et ambitu imperium et potestas domestica, civitas et familia, res publice gestae et privatorum negotia magnopere inter se differant, ultra comparationis fines non est progrediendum, ne diversa miscendo ingenio abutamur, falsisque imaginibus et ipsi eludamur; et alios facilius etiam seducamus, quam id eorum, qui civitatem e conventione derivant, doctrina unquam fieri possit.

„bald mit diesen bald mit jenen Waffen, bald allein,
„bald mit Hälfe von Anderen“, unde eo progradi-
tur noster, ut adeo duella contra omnem honestatis
publicaeque salutis rationem defendat!

*) Restaur. T. II. p. 127 — 124.

**) Restaur. T. II. p. 169 — 174.

***) „Es ist kein Mensch auf dem Erdboden, der
„nicht täglich in dem Kreise, wo er zu befehlen
„hat, Privilegien und Gnaden ertheile.“ Restaur.
T. II. p. 221. et Handb. §. 22. in annot. p. 64.

†) Restaur. T. II. p. 225 — 236. — Ceterum cum
locis quos his quinque notis laudavimus comparan-
dus est aliis T. II. p. 402 — 404.

EXCURSUS II.

De iuris naturae notione et ambitu.

Propositorum mihi est, non omnia de iure naturae opiniones examinare: nimis enim longum esset, neque utile, id agere in quo alii elaborarunt: sed quae in oratione accurate persequi ac defendere non potui, uberius declarare, simulque argumenta recentissimorum aliquot scriptorum aliter sentientium sub examen vocare.

Tribus omnino rationibus explicari ac definiri iusti notio potest. Nam aut congruit et conspirat cum ipsa honestatis ad societatem accommodatae notione: aut ab ea ita differt ut e fontibus plane diversis sit derivanda: aut ex eadem stirpe ambae prodeuntes, veluti diversi eiusdem arboris rami habendi sunt. Non defuisse his singulis opinionibus suos defensores, neminem, nisi in hac literarum parte hospitem, fugere potest.

Jam qui unam eandemque honesti atque iusti disciplinam esse statuunt, imitari veteres, turbatam ethicae disciplinae dignitatem restaurare, tueri virtutem sibi videntur. Quorum consilio,

ritus laudabili, non respondet eventus. Ipse enim homo si ad animum respicias Deo, sicut ad corpus animalibus affinis est; eundem non solitariae vitae, sed societati cum aliis habendas destinatum esse, omnes concedunt. Societas autem inter eos, qui non ratione sola, sed affectibus et cupiditatibus reguntur, quomodo solis honesti principiis sustinatur et conservetur, fateor me non intelligere. Nam quamvis illam quae de statu naturali belloque omnium contra omnes narrabatur fabulam, nolim recoquore, rectissime a plerisque recentioribus, interque eos ab Hallero, explosam, manifestum est internis honesti legibus eos tantum homines perpetuo commovere, quorum divina natura animalē subagit. Ad quem communem humanitatis finem, pro conditionis nostrae imbecillitate, constantius alii, alii negligentius contendunt, absolute eundem nemo assequitur: ut in hac societate, quam ratio non suadet sed imperat, honestissimo cuilibet metuendum sit, ne sibi perpetua atque gravissima ab aliis obmoveantur impedimenta. — Itaque solis honesti legibus deorum aut angelorum societas regeretur: hominum communio, nisi in qua externa lex ordinem servaverit, neque unquam constituit, nec potest consistere. Eam vero legem non secundariam esse, sed summae ethices legi proxime adhaerere, non ab arbitriis hominum proficisci, sed ex ipsa mortaliū natura derivari, non fragilem atque caducam, sed donec genus humanum extet duraturam esse, quicunque hominem societati destinatū intellexerit, eiusque societatis impedimenta omnia cognoverit, concedat necesse est.

Quid vero est quod non modo singuli homines, sed omnes omnium gentium et aetatum sapientes, officia alia maxime necessaria agnoverant, quibus nisi satisfiat, statim omnis hominum dissolvatur societas, alia quibus neglectis non floreat quidem, consistere tamen et cogitari possit? — Nam de eo certe consensisse hodie videntur philosophi, nullos esse, si ad morum disciplinam referas, officiorum, virtutisque, quae in eorum exercitio conspicitur, gradus; nec quisquam negabit omne civitatis fulcrum in civium virtute esse positum, corruptisque moribus ipsam everti atque corrumpi civitatem. Cur tamen omnes magis abhorremus latronem atque sicarum, quam divitem egeno subsidia denegantem? cur misericordiam, cur castitatem, cur magnitudinem animi quae pro aliis periclitatur vel interit, cur officiositatem, aliaque innumera, civilis societatis legibus comprehendi, quodque contrarium his virtutibus fiat puniri non cupimus? — Scilicet quia ex externo ordine opus est, quo libido effrenis contineatur, non interius libertatis vinculo, quo virtus ipsa tollatur; erdo autem ille, prouti gravius leviusve turbatur, aut perfectior nobis esse videtur, aut minus perfectus.

Quapropter ii ipsi qui hanc de qua agimus doctrinam defendunt, non ea omnia iure naturae complectuntur, quae, si vera sentirent, necessario essent comprehendenda. Praeterea plane deest illis idonea ratio, qua coactionis iustitiam demonstrent, licet carere nos illa non posse intelligent. Nam ubi de honesto sermo est, vis locum non habet, neque unquam honestas coactione promoveri potest.

Sic Aenothetus Ernestus Schultze, magni nominis philosophus, eo in libro, quem quamvis dissentiens, maximi faciendum, puto *), ius (objective, ut aiunt) esse docet eam actionum normam, qua illae conditioni hominum et inter se rationibus accommodatae, simulque cum existimatione illis tantquam hominibus debita consonantiae sint **). Idem philosophiae practicae specialis tres partes statuit, ethicen, politiken, et ius gentium (quod *Völkermoral* vocat). Politiken, cuius se maximam partem enarraturum esse promittit, consistere contendit in notione honesti ad civitatem ita applicata, ut intelligatur, quomodo ad honestatis normam civium actiones possint ac debeant componi ***). Sed nihilominus illam in

*) Leitfaden der Entwicklung der philosophischen Prinzipien des bürgerlichen und peinlichen Rechts. Gott. 1813. 8.

**) „Ist das nach den Zuständen anderer und nach ihren Verhältnissen gegen ans abgemessene Betragen gegen dieselben, zugleich der dem Menschen als solchem schuldigen Achtung entsprechend, so ist es recht, oder enthält das Rechte, welches also eine durch sittliche Ideen bestimmte Beschaffenheit der auf andere Menschen sich beziehenden Handlungen ausmacht.“ Lib. cit. pag. 93.

***) „In der ersten (der Ethik) wird die Idee des sittlich Guten auf die mancherley Kräfte des Menschen, deren Wirksamkeit sittlich veredelt werden kann, angewendet, und die Vollendung angegeben, welche bey dieser Wirksamkeit erreicht werden soll. Die zweyten (die Politik) enthält eine Anwendung der Idee des sittlich Guten auf das Leben im Staaate, und auf die Verhältnisse in demselben; oder sie hat zu zeigen, wie die Thätigkeit der Bürger im Staaate zu ordnen sey, damit dadurch das in demselben erreichbare sittlich Gute realisiert werde.“

quatuor tantum partes, iuris publici, civilis, 'economiae publicae, et iuris criminalis, dispescit *), imo secunda parte, quam disciplinam eius iuris quod inter cives sola ratione constet **), definiterat, non nisi de contractibus, iuribus familiae, et iure dominii exponit. At si de notione honesti ageretur, longe plura mihi quidem requiri videbentur, neque in illis legum latarum argumentis acquiescendum, sed de omnibus omnino humanitatis amicitiaeque officiis, de institutione aliorum, de modestia, liberalitate, temperantia, constantia, amore patriae, innumerisque aliis rebus, sine quibus honestas in civitate cogitari nullo modo potest, expoundendum fuisset. Quod si dicas haec omnia in civitate legibus non comprehendendi, in causas huius rei inquirendum est, neque disci-

„In der Völker-Moral endlich wird auch nach der Idee des sittlich Guten bestimmt, wie die Wechselwirkung ganzer Staaten gegen einander beschaffen seyn soll.“ Lib. cit. p. 82. sq. Ad politicam igitur etiam iuris disciplina referenda est; unde noster accommodate ad ea quo modo exscriptaimus in praefat. pag. V. dicit: „Es hat dargethan werden sollen — — dass es keine von der Ethik specifisch verschiedene, und davon den Principiern und Resultaten nach abweichende philosophische Rechtslehre gebe, sondern diese nur nachzuweisen habe, welche besondere Bestimmungen die sittlichen Gesetze für das Betragen der Menschen gegen einander, durch ihre Anwendung auf das Leben und die mannigfaltigen Verhältnisse der Mitglieder einer bürgerlichen Gesellschaft zu einer und zu der ganzen Gesellschaft erhalten.“

*) Lib. cit. p. 125.

**) „Die Wissenschaft der durch die Vernunft schon gültigen Rechtsverhältnisse unter den Bürgern eines Staats.“ Pag. 27.

plinae ambitus antea extensus, ut arbitriis hominum obsequamur, rursus restringendus. Imo quum de praesidiis iuris in civitate repraesentandi a se nunc exponi non posse dixerit philosophus *), (quae scilicet in partem politices practicam ablegat) nihilominus ubi de civitate agit, eos qui officiis sponte non satisfaciant, vi cogi, neque tamen eam vim nisi ad facta externa extendi posse fatetur **). Quae mihi quidem parum convenire videtur fini honestatis: neque enim, ut ipse sensit Schulzus ***), ad honestum, sed ad honesti simu-

*) Pag. 27. in nota: „Nach der hier mitgetheilten „Bestimmung einer philosophischen Theorie der „bürgerlichen Legislation, kann darin von den „Mitteln die Rechtsidee im Staate zu realisiren „nicht die Rede seyn, deren Tauglichkeit auch nach „ganz andern Principien zu beurtheilen ist, als die „absolute Güte der Gesetze.“ Cf. nota p. 126.

**) „Der Staat besitzt vermöge seiner Natur und „Selbstständigkeit — — — die Befugniß, jedem „Angriffe auf seine Existenz und seinen Zweck „Widerstand zu thun. Welches Mitglied desselben also das, wozu es verpflichtet ist, nicht aus „eigener Entschließung wirklich macht, wird von „ihm hiezu gezwungen. — Da nun die Gesinnung „eines Menschen keiner äußern Macht unterworfen ist, so geht auch der von dem Staaate auszuübende „Zwang immer nur auf äußere Thaten, um diese „seinem Wohle angemessen zu machen.“ Pag. 115.

***) „die für einen Staat gültigen Gesetze sind also „von einem Zwange begleitet, der nöthigenfalls „dasjenige hervorbringt, was entstanden seyn würde, „wenn der verpflichtete Unterthan durch freye „Selbstbestimmung seiner bürgerlichen Pflicht Ge-„nüge gethan hätte“ Loco cit. Quibus congruunt „quae pag. 190. sq. de vi ratione conventionum adhibenda leguntur: „Vermittelst eines solchen „Zwanges gegen den Promittenten wird dieser nur „zu dem genötigt, wozu er sich durch seine Ver-

lationem, vi adiunguntur homines: neque is qui officio honestatis deest, impugnat necessario aut laedit civitatem. Quod si facta omnia saluti civitatis accommodata vi extorquere velimus, (quod quare fieri non debeat nullam reperio in libro Sehulziano causam), erit civitas engastulum, in quo virtutis simulatio arte sustinetur, simul ipsa virtutis semina delentur ac destruuntur.

Eadem ratione mihi impugnari posse videntur, quae Fridericus Köppen, vir nunquam sine reverentia a me nominandus, docuit. Is enim obiectivam, ut aiunt, iustitiae notionem e ratione et ethica, subiectivam iuris e legibus civitatis pertendam putat *), si ad obiectivam iustitiam re-

„nunft selbst hätte nöthigen sollen, und also was „eine sittliche Idee vorschreibt, zur Wirklichkeit „gebracht, oder die Darstellung derselben in der „äußern Welt befördert. Tener Zwang ist mithin „auch kein blos physischer — — sondern gleichsam „der Substitut oder Gehülfe eines Vernunftzwanges, „durch dessen Wirken freylich noch nicht das sittlich „Gute seinem innern Gehalte nach, aber doch eine die „sem angemessene äußere Ordnung im Staate hervor- „gebracht wird.“

*) Politik pag. 334 — 347., ubi praesertim pag. 336.
haec leguntur: „Ich bin gerecht, wenn Vernunft
„über die Begierden herrscht, wenn Eintracht und
„Gesundheit der Seele in allen meinen Handlungen
„sichtbar werden, wenn kein Aufruhr dessen, was
„unterworfen seyn soll, gegen das höchste Leitehde
„Statt findet; ich habe ein Recht, wenn nach Ge-
„setzen der menschlichen Gesellschaft über gewisse
„Verhältnisse zwischen mir und andern entschieden
„wird; im ersten Fall bin ich mein eigner Rich-
„ter, im zweyten Fall kann ich nie mein eigner
„Richter seyn, sondern gewinne das mir Günstige
„aus obiectiver Entscheidung; gerecht zu seyn ist
„unabhängig von allen Einrichtungen des gesell-
„schaftlichen Lebens der Menschen; ein Recht zu

spicias, leges positivas nullas dari, idemque iam Ciceronem et Grotium docuisse, profitetur.*), disciplinamque ethices et iuris his accommodate definit **). Sed quam iusti esse non possimus,

„haben ist unmöglich ohne bestimmte durch den „Staat gewordene, und auf mich zur Anwendung „gekommene Gesetze; letzteres richtet sich nicht „nach meinen Begriffen, sondern nach denen der „Staatsgesellschaft, welcher ich angehöre, es kommt „nicht darauf an, dass ich mir beweise ein Recht „zu haben, sondern dass ich es andern beweise, „welchen Unterschied man nicht, wie oft gesche- „hen, verwirren darf. Das Recht überhaupt herrscht „und geschieht durch beydes, durch innere Ge- „rechtigkeit, und durch den Besitz von Rechten. „Die ursprüngliche Quelle aber und das Wesen „jedes Gerechtseyns und jegliches Rechthabens ist „Vernunftherrschaft, eine Unterordnung des Schlech- „teren unter das Bessere.“

*) „Vom Standpunkt der inneren Gerechtigkeit, wel- „che die Seele aller äusseren Satzung heißen kann, „ließe sich behaupten: Positive Rechte gebe es „streng genommen nicht; denn was von Natur „nicht recht sey, könne es durch positive Gesetze „nicht werden. Ein positiver Rechtslehrer“ (Meisterum intelligit) „neunt diesen Satz neu und „kühn, allein eben so unwahr; wir müssen dage- „gen behaupten, er sey nach richtigem Verständ- „niß wahr genug, aber keineswegs kühn oder neu, „sondern dem Wesen nach schon von Cicero und „Grotius vorgetragen.“ Lib. cit. p. 338.

**) Einsd. Rechtslehre nach Platonischen Grundsätzen mit Anwendungen auf unsre Zeit. (Lips. 1819.) pag. 12. „Wir betrachten in der praktischen Phi- „losophie die Sittenlehre oder vielmehr Tugend- „lehre als eine Durchbildung der Idee des Guten „in ihrer Herrschaft über Leidenschaften und Be- „gierden; die Rechtslehre als eine Durchbildung „derselben Idee des Guten in ihrer Herrschaft über „äussere Sinnenverhältnisse, physische Macht, und „widerstrebende Thaten der Menschen. Das Ge- „meinschaftliche und das Verschiedene bay der Wis-

nisi iuribus quibusdam muniti, sua cuique iura etiam absque legum civilium placitis competere putaverim, licet defensio eorum ac tutela in civitate demum firmetur atque stabilietur; quod de legibus positivis dicitur, quomodo mihi videatur restringendum, iusserius exponam; quas autem e sua disciplinae iuris definitione partes deducit, iuris familiae, civilis, (quo nomine ius privatum, ius criminale, ius politiae, et ius culturæ, *Culturrecht*, comprehendit) publici et gentium, ne tiquam mihi videntur ea comprehendere, quae subsumi notione possent, quum de amicorum, de praceptoris et discipuli, de beneficium dantis et accipientis inter se rationibus, similibusque aliis, nullus sit dicendi locus. Scilicet accommodavit se legum civilium notionibus, quae propter id ipsum quod omnibus civitatibus conununes sunt, non ex meris hominum arbitriis ortae esse mihi videntur.

Sed dicamus de altera eorum sententia, qui nullam esse iuris cum ethica communionem

„senschaften fällt in die Augen: sie geben jede „eine andere Ansicht des gemeinschaftlichen ethi- „schen Gesammtbildes, welches in seiner Ganz- „heit der vollkommenste Staat, oder nach christ- „lichem Ausdruck das Reich Gottes, unserm Geiste „vorhält. Gleichwie die Tugendlehre ihre Durch- „bildung der Idee nach den ursprünglichsten Ver- „hältnissen innerer Leidenschaft und Begierde, und „die Tugenden des Einzelnen seinem eigenthümli- „chen inneren Leben anheim stellt: so wird die „Rechtslehre nach den ursprünglichsten äusseren „Menschen- und Staatsverhältnissen ihre Durchbil- „dung der Idee versuchen, das einzelne Recht aber „dem besondern wirklichen Leben der Staaten „überlassen.“

statpunt. Cuius doctrinæ variae sunt stirpes; sed omnes humanitati adversantur, quae, quum actionum regulæ e ratione sint deducenda, non duplicum aut triplicem, sed unam, eamque perpetuam actionum normam desiderat. Et licet quaedam huius doctrinæ fundamenta iam a Thomasio iacta essent, recentiori tamen tempore, superatis fere Fichtii erroribus, ex Hugonis schola natae novae stirpis crevit auctoritas. Nam eorum qui de iusti et honesti finibus incautius disputabant, sibique magis in solvendis scholæ quaestiuculis, quam in summa iuris notione, ab omni parte illustranda placebant, temeritas, convicio illi occasionem dederat, quo ius naturæ occidendorum hominum disciplina (*eine Todschlagsmoral*), non improban-
tibus alii *), vocabatur. Negat enim huius doctrinæ auctor Hugo iuris absoluti (*peremptori-
ches Recht*) ullam inter homines, in diversas ci-
vitates distributos normam posse deseribi: contra ius omne temporarium esse (*provisorisch*) et ab arbitriis principum ac magistratum pondere con-
tendit. Quae doctrina quanto lenius his tempori-
bus multorum apertos a philosophia remotos demulcet, quantoque apertius a Iureconsultis, histo-
riæ unice faventibus defenditur **), tanto acrius mihi videtur impugnanda. Neque enim verum est

*) Schulze lib. cit. in praefat. init. Wärnkönig lib.
mox cit. p. 17. sq.

**) Ipsum Hugonis librum, ut notissimum, non al-
lego; sed asseclæ eius, suo quisque modo, sunt
Theod. Marezoll in dem Lehrbuch des Naturrechts,
Giss. 1819., et L. A. Wärnkönig in dem Versuch
einer Begründung des Rechts durch eine Vernunft-
idee. Bonn. 1819. 8.

naturam aut rationem eō nos ducere, ut unā in civitatem universum gentis humanum conciliari posse aut debere sustineamus. Acriter, neque iniuria, disputavit aetas nostra aduersus eos, qui ius civile pro arbitrio innovari posse contendereat: intellectum enim est nob̄ s̄ola legumlatoris voluntate, sed etiam interno quodam civium sensu, qui coelo, moribus, ingēnio, vitae generi, religione, aliisque rebus innumeris obsequatur, eam iuris formam stabiliri, quae euilibet civitati videatur accommodatissima, in qua nihil nisi leniter et tautē possit innovari. Quid igitur in summa singulorum populorum varietate, unam in civitatem omnes orbis terrarum homines redigi debere somniamus? — quos non modo Oceanas intervallis, sed lingua, aēr, nutrimenta, corporis animalique conditio, tantis varietatibus distinxerunt, ut multa eorum genera; etiam ante solertissimum harum rerum scrutatorem Blumenbachium, quamvis non eodem successu, fuerint constituta. Quod si quis non id quod fieri, sed quod summum ratione comprehendendi possit, spectandū esse contendat, ei reponimus nihil quaerendum esse maius, quam rerum hominumque natura ferat, a qua qui in philosophia, ethica praescritim, recedit, inutilem expromit sapientiam. Iuris igitur et civitatis notiones, ex ipsis humanae naturae necessitatibus ortae, nunquam adeo extendi et dilatari debent, ut humanae naturae non amplius conveniant. Neque enim hanc insignem hominum diversitatem aucto nostri generis cultū, et ad populos rudes adhuc et humilitatis expertes propagato, seculorum lapsu sublatum iri sperandum est, praeter-

quam si homines terrestrem in ipsa terra naturam exuant, divinumque qui in ipsis spirat ignem non alio quam coelesti nutrimento alant. Quae si fieri nequeunt, concedendum est, diminui quidem et frangi multos commercii et consuetudinis inter gentes etiam longissime dissitas quasi carceres, neque tamen unquam populus ita inter se conciliari posse, ut communi imperio subesse possint et cupiant.

Praeterea civitatis reique publicae notio, per se limitata, si ad omnes homines extendatur, tollitur atque evanescit. Quum enim hoc insit notioni rei publicae, ut a certa hominum societate in eadem terrae regione congregatorum constituta sit, genus humanum, in nullas gentium regnorumque communitates divisum, nullam constitueret rem publicam. Quod facile concedent qui inter publicam rem et humanam, inter civitatem et humanitatem discrimen aliquod esse non negant.

Recte etiam monitum est ab aliis*), imperium cui totum genus humanum subiiceretur, siquidem cogitari posset, ipsa mole sua, ingentique praesidiorum quibus carere nequeat multitudine ac magnitudine, in tyrannidem necessario abituum esse; itaque populorum rationes diversissimas ad eandem normam revocatum, mores, artes, literas, religionem, quae nunc ipsa studiorum varietate augentur atque crescunt, si omnia uni aut homini aut hominum universitati subsint, eversum atque sepultum iri. Qua in re exemplis

* V. c. a Welker, letzte Grände von Recht, Staat und Strafe. pag. 56.

disputari vix potest, ut aut a Sinensibus vel Napoleone, aut, quod nonnullis *) praefuerit, a pristino imperio Romano - Germanico, cuius non depravatum, ut illic, sed bene compositum regnum fuerit, coniecturam de civitate universum orbem comprehendente repetamus. Nam quae summa fuere imperia, magnam cultioris, aut cuivis quietati cognitae terrae partem complexa sunt: nullum ita crevit ut vel dimidiam totius orbis partem subiugaret. Sed si populorum strages, morum depravatio, literarum interitus, religionis contemptus parva ista imperia dehonestavit, quis illam malorum segetem numeret, quae iungendo unam in civitatem humano generi essent superanda? aut quis iuncto non dicam felicitatem, sed aliquod felicitatis simulacrum contingere posse statuat?

Nulla quoque ratio affertur, cur ius illud quod peremptorium vocant, non nisi orbe terrarum coniuncto cogitari possit. Imo e ratione, et naturae humanae necessitatibus, non ex arbitriis legislatorum iuris notionem ubique terrarum nasci, neque certae hominum conditioni proprium, sed commune omnibus mortalibus esse, facile intelligitur. Quod antem neque inter cives neque inter populos omnis vere propelli potest iniuria, humanae imbecillitatis est, quae artis, virtutis, similiusque bonorum summas notiones ratione intueri, agendo autem non repraesentare sine labore, sed perpetua contentione magis magisque atttingere potest. Ac per eandem imbecillitatem, orbe terrarum unam in civitatem redacto, absoluta

*) Marezoll lib. laud. §. 49. nota b.)

iustitia multo minus quam in minore re publica potiremur. Unde errare mihi videntur, qui historia abutentes praecipiunt, istam de qua agimus totius humani generis rempublicam, omnium desideriis exoptatam, esse quasi summum finem honestae voluntatis *), eidem religionem Christianam magnopere favere **); quodque civicae virtutes in

* „Die Idee eines Universalstaates finden wir nicht „blos als dem menschlichen Gemüthe bald dunkeler „bald klarer vorschwebende Vernunftidee, als frommen Wunsch und letztes Ziel *alles sittlichen Strebens* ausgesprochen, sondern auch in der Wirklichkeit hat man schon versucht sie auszuführen.“ Marezoll lib. cit. §. 48. Cf. Hugo Lehrb. des Naturrechts §. 81. Sed illorum quae allegantur tentaminum prorsus aliae fuere causae!

**) „Dass bei den Alten sich weit weniger Spuren dieser Vernunftidee finden als bei uns, — — — von liegt der Grund theils in der politischen Zerstückelung der einzelnen Völkerschaften — — , theils in dem religiösen Glauben, der allen den gleichen Annäherungen widersprach. Die christliche Religion dagegen begünstigt diese Idee weit mehr.“ Marezoll loco cit. nota b.). At abutimur religionis sanctitate, si ad formas civitatum iudicandas illam transferimus. Diu agnitus est, verba illa: *μη πειρωθείτε μαζαίνειν* ad politicen non esse referenda, sed de ecclesia, ut aiunt, invisibili intelligenda. Quod autem Christus fidem communem omnibus populis esse voluit, fraternumque omnium amorem commendavit, inde non sequitur eundem populos communi civilis imperii iugo, submittente voluisse, qui nunquam politice disputans, claris verbis pronunciavit: *ἡ θεολογία ἡ της ἐκκλησίας τοῦτο*. Unde Eschenmayer lib. mox excitandi T. II. §. 335. sqq. accommodatius certe ad religionis principia, ecclesiae hoc officium tribuit, ut aliquando per theocratiae formam summum et perfectissimum ius (quod *Weltbürgerrecht* vocant) inter civitates non vi sed ratione moderetur. Sed cf. omnino b. Reinhardi aureum opus: Versuch über.

illa mitigentur, et immutentur, id tanto eam reddere praestantiorum, quanto certius humanitas praeferenda sit civitati *). Nam hoc postremum qui asserunt parum recordantur, in humana natura positum esse, ut in civitates congregemur, quam donec exuamus, civicam virtutem ab humanitate non posse secerni **). Quamvis igitur si

den Plan, welchen der Stifter der christlichen Religion zum Besten der Menschheit entwarf. (Witteb. et Serv. 1798. 8.) p. 57 — 62. et pag. 113 — 136., ubi p. 115. „Es war keineswegs die Absicht Jesu „sich mit politischen Angelegenheiten zu befassen „und neue Staaten zu stiften. Schon die gränzenlose Ausdehnung, die er seinem Entwurfe gegeben „hatte, müßte ihn von jeder Unternehmung zurückhalten, welche die Einrichtungen, Gesetze und „Formen der bürgerlichen Gesellschaft betraf; denn es „wäre weder möglich noch nützlich gewesen, dem „menschlichen Geschlechtq einerley Staatsvorfassung aufnäthigen, oder es wohl gar in einen einzigen ungebäuern Staat zusammendrängen zu wollen.“

*), „Vaterlandsliebe, und die übrigen bürgerlichen hohen Tugenden verlieren in dem ausgedehnteren Staate nicht ihren Character, sondern verändern „nur ihre Tendenz und ihren Wirkungskreis.“ Sie „werden nur weniger schroff und mehr als rein „menschliche, als wie bürgerliche Tugenden erscheinen. Da aber der bürgerliche Character seinen „Werth nicht durch sich selbst hat, sondern nur „in sofern er zur Erreichung der höchsten menschlichen Vollkommenheit wesentlich mitwirkt, so „würde in sittlicher Hinsicht bei diesem Tausche „offenbar gewonnen werden. Der Zustand der „vollkommenen Menschlichkeit ist höher als der, der „vollkommenen Bürgerlichkeit. Letztere soll nur „erstere möglich machen.“ Marezoll lib. cit. §. 48. nota b.)

**) Egregia Zachariae lib. supra cit. Vierzig Bücher vom Staate (Stuttg. et Tuh. 1820.) T. I. p. 131. „Wir sind Menschen, weil wir Bürger sind.“ Quo magis miror eundem scriptorem, quamvis in

quae sunt mediae inter Deum atque homines animae, civitatibus haud dubie non utantur, in hoc terrestri stadio quidquid civitatibus earumque praesidiis nocet, idem necessario nocet humanitati. Quod ante multa secunda Aristoteles, hominem ~~marinam~~ ~~marinam~~ appellando, egregie docuit.

Iam illud longe durissimum imo inhumanum est: omnia quae a principe aut magistratu iubentur, ius esse. Sed ea de re quum alii sit graviter disputaverint, ipseque nonnulla in oratione delibaverim, plura hic addere nolo.

Praestat enim iis qui tertiam opinionem defendunt, (disciplinam iuris cum morum doctrina cohaerere, nec tamen coalescere,) quorum hodienum satis larga est copia *), arma quaedam suppeditare,

verum natura divisas esse debere civitates agnoscatur. T. I. p. 209. et saepe alias de civitatis idea (*vom Staat in der Idee*) ita loquentem, quasi totum humandom genus complecti debeat. Quod nequa etymologiae vocabulorum *Staat*, *rechts*, aliorumque convenit, (de qua ipse T. I. p. 88. disputat,) neque e notione civitatis ab illo proposita, aut aliunde, demonstratum reperi. Sed quum ad notionem civitatis ratio non sponte perveniat, verum observando naturam atque vitam hominum socialem, nihil inesse potest isti notioni, et perfectissime civitatis imagini, quod naturae humanae repugnet et effici inter homines nulla ratione possit.

¶ Praeter Georgium Henrici, Welkerum, alios, recentissimos commemorabo scriptores. C. A. Eschenmayeri liber: *Normal-Recht*, (Stuttgart. et Tübinger. 1819. 20. II. Voll. 8.) multa sane alieniora, nec bene composita, sed plura aurea verba continet huic aetati dicta. In quo nobis hoc maxime displaceat, quod varios describens gradus, quibus homines ad illud ius ascendant quod *Normal-Recht* vocat, a iure fortioris (*Recht des Stärkern*) incipit, quasi

quibus adversus multitudinem oppugnantium, si opus sit, sese defendant. Proprium autem huius classi hoc est, quemadmodum in oratione dixi, ut externum quendam ordinem iure amneini statuant, quo singuli ab iis actionibus arcebantur, ex quibus societati eiusque sodalibus exitium aet detrimentum imamineat. Quia in re si consentiamus, in summa iuris formula enuncianda, plerumque non nisi de verbis certatur. Sunt autem quae hodiernum adversus eam sententiam monentur, praecipue haec:

L. Véteres, quibus tam multa debeamus, istam iuris et ethicae distinctionem ignorasse *). Quod quamvis largiamur, siquidem de disciplinae ratione quaeratur, in qua nos omnino a veteribus magnopere recessisse constat, nihil inde causae nostrae periculi nascitur. Nam quemadmodum vix unus veteranum candem politices, oeconomiae, similiusque disciplinarum notionem constituit, qua nos hodie utimur, aut psychologiam, aesthetiken, et similia commentus est, de rebus autem quas istis disciplinis complecti solemus, multi inter antiquos philosophati sunt, ita nobis non de eo quaerendum est, utrum in peculiares disciplinae formas iusti et honesti principia redegerint, sed num ipsum notionum iusti atque honesti discrimen

ea non sit mera iniuria. Car. Sal. Zachariae operis cit. libro tertio, (T. I. p. 52 — 85.) doctrinam nostram, praesertim expõndo iustitiae exaequantis, tuentis, et distribuentis discriminem, egregie auxit. De quo scriptore nonnulla monebo inferius.

*) Hac ratione v. c. comparationem veterum et recentiorum instituit Köppen Politik p. 12. sqq.

agnoverint. Veteres enim non tam scholae quam vitae philosophantes, vitamque privatam publicas submittentes, non multas constituerunt philosophiae partes: unde si quis colligeret, notiones omnes, quae istis partibus recentiore tempore faciendis occasionem dedere, iis fuisse incognitas, vehementer erraverit. Imo multa apud Aristotelem, qui ~~τάκτας δικαίων~~ et ~~πολεμίου δικαίων~~, secernit, posterius autem rursus in ~~μορίων~~ et ~~φυσικῶν δικαίων~~ dividit, multa apud Ciceronem, de formula illa: *Summa ius summa iniuria* aliqueties disputantem, multa apud alios vestigia agnitorum inser iustum et honestum finium occurunt: I Ctos autem Romanos, summos honesti arbitros, iustitiae externae in iure dicundo maximam habuisse rationem, neminem latere potest, qui Pandectarum libros oculis plus quam fugitivis inspexerit *). Quodsi iuris definitionem accuratam in universa antiquitate frustra quaesiveris, methodo id qua veteres utebantur plane diversae tribuendum, et praesertim quod I Ctos in memoriam revocandum est, non tam definienda notione, quam factis proponendis, atque ad regulas diuturna experientia comprobatas iudicandis, illos praecepta universi iuris tradidisse.

II. Conflictum ita oriri honesti atque iusti; iuraque quae in honesta sint **). Quod sane gravissimum est adversus doctrinam nostram argumentum, in quo evertendo alii aliter elaborarunt.

*) Überins haec persecutus est Welker, in operis: die letzten Gründe von Recht, Staat und Strafe, parte posteriore.

**) Vid. e. o. Schulze lib. cit. §. 14. Käppen Politik p. 337. sqq.

Nos autem qui illum ethices et disciplinae iuris conflictum, in quo sibi et recentioribus Fichtium praecepit placuisse constat, toto animo abhorremus, ita circiter philosophamur:

Conditio hominis ut animalis, quemadmodum antea dictum, efficit, ut in civitate vivere non possit, nisi finibus quibusdam actionum externarum constitutis, quibus coelestes fortasse creaturae non indigent. Vicit enim saepe inter mortales cupiditas rationem, occasio propositi constantiam. Itaque externa omnium libertas, quatenus id ad singularem defensionem necessarium, restringitur: quia restrictione quum singulis ius oriatur exigendi, nec ea fiant quae ipsa noxia et perniciosa sint, facile apparet, non posse haec iura per se spectata honestati repugnare, quae eadem facta sollicite prohibeat. Neque enim per se iure hoc intendimus, ut agat alius, (quoniam id libertati hominis, divinaque naturae videretur contrarium), sed ut omittat, nec prius quemquam ad agendum iure compellere possumus, quam ipse factis suis agendi necessitatem sibi imponuerit, nobis spem quandam excitaverit; quod conventionibus praesertim et delictis fieri notum est. Quae omnia si quis in universum consideraverit, nullus est cum ethicas principiis conflictus: neque enim quisquam negabit *), damni dati reparationem, promissai

*) Quod etiam agnoscoit Marezoll §. 55., ubi praesertim nota b.) egregie praecepit: „Es wird hier nur „ein Satz der Sittenlehre, der ihr auch ferner noch „verbleibt, herausgehoben, um auf ihn die Idee „des Rechts zu bauen.“ Sed haec principia ipse in sequentibus libri partibus aliquoties deseruisse videtur.

praestationem, vitae, valetudinis, libertatis, aliorumque bonorum integritatem, aeternis rationis et aequitatis praeceptis niti atque adeo iuberi. Homini igitur bonorum defensio rationi consentanea est. Externum tamen bonum nullum ita extollit ratio, quin illud propter graviorum officiorum sanctitatem sperni nonnunquam et derelinqui iubeat. Itaque quum iuris ordo externus sit, atque ad defendenda humanitatis bona contra nefarios singulorum ausus institutus, internae hominum libertati committendum est, quando illa defensione uti, quando maioribus officiis obsecuta, ab eadem velit abstinere. Quae quidem officia neque potest quisquam praeter eum cui incumbunt metiri ac iudicare, nee ei qui posset licet; quippe non tolli sed adiuvari liberum virtutis exercitium iuris ordine debet. Atque ita accedit sane, ut, quoniam humana omnia imperfecta sunt, iure etiam suo nonnulli abutantur, aut cupidi et male volentes, aut fines officiorum ignorantes. Qui abusus nulla hominam sapientia prorsus avertendus, ut rarius occurrat, institutis civilibus, praesertim liberorum educatione, et cultu religionis cavetur: sed quum ex accurata demum minutissimarum rerum, sensuum adeo et cognitionum cognitione iudicari possit, per se rarissima sunt ea exempla, quae communis suffragio recte damnentur. Quibus modo aequitas, (modo ipsum ius*) obviam ire potest: sin minus, ferenda

*) Quod illustri exemplo docuit, eufus fabulas totius vitae scholam recte dixeris, Shakespeare, in fabula cui inscribitur: *Mercator Venetus.*

sunt, neque propter quorundam furores, sublata libertate, virtus tollenda.

Non igitur ius ullum quod hominibus natura tribuit, rationi aut morum disciplinae repugnat: sed intempestivus iuris usus interdum honestati adversatur. Qua quidem re ii qui ius omne ex hominum arbitriis derivant, offendii non possunt, qui quicquid princeps vel magistratus iusserit, etiam turpissimum, ius esse fateantur. Sed ne ii quidem qui ipsa ethices principia iure muniri statuunt, quomodo abusui iurium obviam eant, intelligo. Qui si iura dominii et conventionum ethice demonstraverint, eorumque iurium defensionem in civitate concesserint, quaecon; externus iudex, qui factis inhaerere atque aquabilitatem servare debet, quomodo providebit, quominus locuples iure dominii egenum sedibus expellat, et prius fame perire patiatur, quam iuvet? aut quomodo prohibebit, ne creditor debitorem opprimat, nil tale merentem? quis in tanto, tamque necessario horum iurium rigore prospiciet, ne officia pietatis, misericordiae, beneficentiae, magnitudinis animi, negligantur? vicissim, ne male intellectis virtutis praeceptis, qui beneficus ac liberalis videri velit, officiis desit boni patris-familias? Profecto novis opus esset civitatum institutis: non parum autem doctrina nostra coadiuvatur, quod a legislatore nullo tale quid suscepimus, nedum perfectum, aut ab ipsis adversariis propositum sit. Neque ei rei humana sufficit imbecillitas. Sed quum ius ipsum eiusque singulae radices ab aeterna honestatis regula dimanent, nullus est in principiis conflictus: in factis ferendus et quantum fieri potest minuendus.

III. Monetur porro omnia ad coactionem revocari, omnia cogendo effici, eaque ratione neque virtutem ullam neque ius oriri posse*). Et verum est, magnopere errare, qui aut ipsam iuris notionem e coactione derivant, aut ibi ius servari posse autumant, ubi quisque iurium suorum defensor ipse existat. At prior error non nisi Hallerum eiusque asseclas obsidet, posterior hodie saniori philosophiae cessit. Plerique enim omnes eam hodie sistunt iuris notionem, quam ne vis quidem iusta, qua in defensione uitimur, ingrediatur; quippe qua non creatur ius, sed in vita repraesentatur **). Et sane quum eo tendat iuris notio, ut externa pacis concordiaeque conditio feratur, concipere eam cogitando possimus non a coactis, sed a lubentibus agnitiā: sed si homines esse meminerimus, qui ius non tantum intueri animo, sed repraesentare actionibus debeant, non posse id effici fatebimur, nisi maligni quod sponte nolint, coacti faciant; cuius rei in ethica, interni ordinis internas leges exponente,

*) Schulze lib. cit. §. 16. et praefat. pag. XVI. (ubi: „wir werden uns doch wohl nicht auf den Fall, „dass unsre Staaten sich auflösen, also der rohe „Naturstand wieder eintritt, vorbereiten und erforschen sollen, wozu die Menschen hierin ein „ander zwingen dürfen.“) Köppen Rechtslehre pag. 11. sqq. Eiusd. Politik p. 52. sq. 52. sq.

**) „Die Möglichkeit des Zwanges ist nur die Garantie „des Rechtes, nicht aber dessen Basis“ ut recte praecipit Warnkönig lib. cit. p. 32., modo non addidisset: „wie in den neuern Zeiten nicht allein „Juristen, sondern auch Philosophen fast allgemein „angenommen haben.“ Nam hos philosophos falso perecipisse videtur.

nulla oriri potest cogitatio. Itaque, quum instrumentum in definitionem recipi non debeat, quemadmodum a poëseos notione linguae, a picturae penicilli, ita coactionis commemorationis a definitione iuris abesse debet; neque enim iuris notio cogendo formatur, sed ordo servatur.

Quod ut fieri possit, non iam singulis committi debet iuris sui defensio, quae pro naturae humanae indole cito in violentiam degeneraret, sed arbitro vel iudici, omninoque ei de cuius commodis non quaeratur mandanda est *). Unde in civitate optime illam administrari, omnes consentiunt. Sic igitur iuri naturae non accommodata vis est, sed plane contraria; necessaria autem ad ordinem servandum coactio.

IV. Tenuem atque parum gravem esse iuris naturae disciplinam dicunt, quae non omnium legum in civitate ferendarum principia complectantur, quum nonnullarum et gravissimarum causae e politicis, ethicis, aliisque rationibus derivandas sint **). Constat enim inter omnes atque a nobis ipsis in oratione concessum est, nonnullorum institutorum, in quibus cultiores gentes omnes convenient, v. c. matrimonii, necessitatem, e sola iusti notione demonstrari non posse: aliorum etsi clara sit necessitas, formam tamen certam et unice

*) Cf. Eschenmayer Normal-Recht T. I. §. 64. Assentimur ei rationi qua Schulzius (§. 93.) vim defensivam necessariam esse demonstrat: modo eam non restringeret ad civitatem; in quavis enim alia societate quae duos homines excedat, incorrupti iudicis arbitrium, qui repugnantem obsequi cogat, constitui potest. Duorum sane hominum societas non nisi ratione regi ac sustineri potest.

**) Schulze in præf. pag. VII. et §. 14. Küppen Politik p. 339.

aut necessarium aut utile non posse reperiri. Haec autem quae ex iure naturae disci nequeunt, et rationibus petenda sunt vel physicis, vel ethicis, vel politicis. Quod qui iuri naturae vitio vertat, idem mathesin contemnat, quod physicen non comprehendat, aut geographiam quae geognosiae placita non complectatur. Est enim omnis haec disciplinarum separatio in scholae usum imbecillitatis humanae causa facta, pendetque saepe a notionibus affinis quidem, sed nihilominus diversis. Sic iusti notionem solam accurate persequendo, non maiorem matrimonio quam cuilibet conventioni auctoritatem, neque aliam potestatem parentibus in liberos, quam quae ex educationis necessitate fluat, tribuemus. Quod autem cultiores gentes omnes aliam eamque longe praestantiorem formam his institutis dederunt, id non iuris rationibus, sed ex causis factum est ethicis atque politicis, quas accurate cognoscere ICL magnopere interest. E quibus qui colligit, in ipsam iuris absoluti naturam non esse inquirendum, eadem opera negat ethicae esse incumbendum; nam neque eius solius ope unquam civilium institutorum omnem formam atque rationem explicabis. Omnis autem de republica, eiusque fine et praesidiis disputatio, notione iusti non accurate exposita, lumine suo ita destituitur, ut aut concentaria principiis repugnant, aut civitas ipsa naturam induat, omni humanitati contrariam *). Et

*) Sic in eo cum Hugone (§. 247. sqq.) et Marekollo (§. 179.) consentio, mere *ethicas* rationes ad demonstrandam dominii inter cives divisi necessitatem non sufficere, neque mihi aut Schulzius (§. 193. sqq.)

nobis quidem institutorum omnium ~~nam~~ quidam
constituendus videtur, recte a Romanis. Ictis inda-
gatus *). Habent enim causas suas atque fontes :

- *in physica hominis natura*, ut matrimonium,
familia, dominium;
- *in ethica eiusdem indole*, ut conventiones,
damni dati reparatio, poena;
- *in politicis eiusdem facultatibus*, propter quas
πολιτικῶν ζητεῖ ab Aristotele vocatur; ut im-
perium, ultimae voluntates; ordō iudi-
ciorum.

Sed quemadmodum primi generis instituta recte
iudicare non possumus, nisi ethicae et politicae
hominis naturae ratione simul habita, (nam quae
inter animalia communio sexum, procreatio só-
bolis, vitaeque sustentandae cupido est, inter ho-
mines nobiliorem matrimonii, familiae, dominii
formam sortitur) ita si de ethicis institutis velis
disputare, ad physicam et politicam, sin de politicis
ad physicam et ethicam naturam respici debet.

aut Köppen (Rechtslehre p. 56. sqq.) dum id co-
nati sunt satisfecere. Rigor omnis dominii ethicis
rationibus non nascitur, sed mitigatur: neque appe-
titus quo ad rerum exclusis aliis possessionem feri-
mur, per se ethicus est, sed physicus, nobisque
cum animalibus communis. Quare mihi praesplacent
quae ea de re Hallerus (Handb. §. 21. p. 54. sq.
Restaur. T. II. p. 55 — 52.) et Eschenmayerus
(lib. cit. T. II. §. 49 — 53.) disputarunt. Porro
fines iuris puniendi, notione iusti non accurate
culto, regi nequeunt: qua ratione subinde fluctuare
videntur quae Schulzius (§. 272. sqq.) et Köppen
(Rechtslehre p. 121 — 156.) disseruerunt. Sed haec
exempla attulisse sufficiat.

*) Quod bene persecutus est. Warnkönig lib. cit. p.
35. sq.

E iure autem ipso, quod totum ethicis principiis nititur, non tam nova instituta promanant, quam communes omnium fines describuntur, communis omnibus paratur defensio. Unde mihi magnopere errare videntur, qui omnia ethicis ex causis demonstrare satagunt *), aut disciplinae iuris a nobis propositae vitio vertunt, quod civilium institutorum omnium necessitas ex ea derivari non possit. Scilicet qui id reprehendunt, politicam disputationem ethicae et psychologicae immiscentes, tironem in eum diversissimarum quaestionum labyrinthum inducunt, e quo, filo Ariadneo destitutus, nullo modo se expedit. Ceterum illi quam tantopere reprehendunt iuris naturae tenuitati, (siquidem tenue aut exile dici potest, quod, alienis non immixtis, una in notione omni ex parte illustranda versatur) succurri potest, si in ea quam applicatam vel hypotheticam vocant iuris naturae parte, instituta civilia ad notiōnem iusti diligenter examinentur atque ponderentur.

V. E iure Romano ius naturae ortum atque de promtum esse contendunt ab iis Ictis, qui illud tanquam unicam atque aeternam normam admirarentur **). Sed hoc si verum esset, non reperirentur

*) Veri aliquid inest verbis Halleri, Restaur. T. II. p. 34. : „Der Ehestand, das Eigenthum, die Sprache, die menschliche Gesellschaft, — — — die Autorität des Vaters, und die Abhängigkeit des unmündigen Kindes, die Ungleichheit der Kräfte selbst, Alles soll von menschlichen Gesetzen und Instituten herrühren: der Natur und ihrem Schöpfer bleibt fast nichts überlassen.“

**) Schulze praef. p. XVII. tum §. 7. 15. et saepius. De eodem iuris Romani abusu queritur Hallerus Restaur. T. I. p. 84 — 90.

hodie tam multi iuris naturae osores inter coecos Romani iuris admiratores. Nam etsi de antiquioribus quibusdam non negaverim, eam ipsam ob causam dudum sepositis, concesserim adeo ICtos, pro studiorum ratione, facile unam alterantem iuris Romani doctrinam pro aeterna rationis lege venditare, recentiores tamen philosophos non nisi iuris Romani epitomen in iure naturae exhibuisse, falsissimum est. Etenim vigentibus hodie et floribus tam philosophiae quam iuris Romani studiis, quemlibet qui non sponte coecutiat agnoscere oportet, primum ipsam iusti notionem nullis legum librjs sed e ratione esse eneclueandam: deinde ICtos Romanos (nam e Codice et Novellis qui iuris naturae principia cognoscere voluerit, eadem opera physiogiam a laniione discat) iusti atque honesti fines sensisse quidem, ac responsis suis ubi res ita ferret rexisse, neque vero verbis descriptsisse; ut, si quis iuris naturae discendi causa Pandectarum volumina perlustraret, operam esset atque oleum perditurus *), sin cognito iure naturae et Romanorum institutis bene intellectis eam provinciam sumeret, tum demum omnem illorum sapientiam posset admirari. Quasdam autem notiones neque pauca principia e iure naturae in ius Romanum transiisse, propter quas *rationis scriptae* elogium meruerit, verissimum est: imo ipse Schulzius in doctrina de accessione atque occupatione ICtos Romanos egregium iusti sensum, ingenii acumen, et constantem eorundem prin-

* Cf. Savigny vom Berufe unserer Zeit für Gesetzgebung und Rechtswissenschaft pag. 27. sq.

cipiorum usum comprobasse agnoscit *). Quapropter subsidia studii nostri, etiam philosophici, e iure Romano peti posse, nemo negaverit; sed non meram eius epitomen in iure naturae hodie exhiberi, innumera exempla docent, inter quae nullum est conventionum doctrina illustrius.

VI. Porro iuris omnis una lege comprehendi frustraneum esse conatum diversarum scholarum auctores diversis e causis statuunt. Nam Koeppenius quidem **) notionem iuris absolutam reperiri posse negans, singulas ait notas iusti mente comprehendendi, quibus ipsam iusti ideam absolvit, falso nobis persuadeamus. Sed quemadmodum verissimum est, iustitiae ethicae, quam inter cardinales virtutes veteres referebant, nos magis intueri imaginem quam absolvere notio nem posse, ita iuris illius de quo quaerimus ethicae principiis suffulti finis in statu societatis humanae externo cernitur, qui talis esse debet, ut de summis et necessariis vitae bonis nemo, ne in honesto quidem homini occurrentis, periclitetur. Quem in finem, satis limitatum, quid facto opus

*) Lib. cit. p. 280.

**) Politik pag. 343. sqq. „Ist philosophisch vom „Gerechten die Rede, so meint man die im freyen „geistigen Bewustseyn des Menschen sich darstellende Idee, und will das besondre Thun und den „Willensentschluss mit ihr in Einklang setzen. „Dazu helfen gewisse allgemeine Merkmale des „Rechtsbegriffes nicht aus, sie erschöpfen nicht die „Anwendung der Idee auf jeden einzelnen Fall; es „kann nicht durch irgend einen außerdem vielleicht „ganz richtigen Satz das Wesen der gesammten „Gerechtigkeit als Tugend der weisesten und besten „Seele ausgedrückt werden, womit sie das Leben „ordnet und lenkt“ etc.

sit, et quomodo omnes omnium actiones componi
debeant, communis legē tanto rectius declarari
potest, quanto certius est, non primariam, sed
secundariam, non categoricam, sed conditionalem
esse, ipsamque notionem iuris obiectivi, in summa
eius repraesentandi difficultate, satis clare animis
omnium obversari.

Alia sed tamen non dissimili ratione L. A.
Warkönig negat, quid ius sit iniuria in
universum decerni posse; requiri enim ut omne
ius sit publice agnatum, eiusque defendendi neces-
sitas confirmata. Sed quamvis hac quoque occa-
sione disciplinam nostram derideat *), causam

*), „Es sind dem Verfasser diese so oft aus Aphorismen
„aufgeführten Luftgebäude mehrmals wie Idyllen
„nach Art der Gesnerschen vorgekommen, in wel-
„chen der sogenannte Naturzustand des Rechts in
„seiner Einfachheit dem verwickelten positiven
„Recht gegenübergestellt wird. Dass es gewisse
„höchste Grundsätze über Recht und Unrecht geben
„müsste, ist wohl nicht zu bezweifeln, man hat
„sie aber auf einem Wege gesucht, auf dem sie
„immermehr gefunden werden können, und dabey
„nicht genau bestimmt, ob man Grundsätze wolle
„über die höchste Vollendung des gegebenen Rechts
„in einem ganz philosophischen Stil, — oder
„ob man die Rechtsgrundsätze finden wolle, die in
„einem jeden Staate und auch außer einem solchen
„als das einzige wahre Recht gelten müssten. Nach
„unsren bisherigen Erörterungen können wir fol-
„genden philosophisch wahren Grundsatz aufstellen:
„Ein der menschlichen Natur inhaltendes Gesetz unserer
„Vernunftthätigkeit nötigt uns, als moralischer Trieb,
„wie in uns selbst so in Andern das anzuerkennen, was
„durch bestimmte Gründe das Ihrige ihnen zukommendes
„geworden ist. In einem Verein Mehrerer tritt aber
„dieses Gesetz mit der Forderung auf, dass auf ir-
„gend eine Art bestimmt werde, was so als das
„suum cuique, als das Recht, anzuerkennen sey“ etc.
Lib. cit. p. 47. sq.

suam rationibus non comprobavit. Agnitione enim sive expressa sive tacita ius inter cives quod positivum vocant primum constitui, et semper intelleximus, et sufficienter auctor noster demonstravit *). E quo si colligit nullum esse ius nisi quod sit publice agnatum, primum ~~etiam verum~~ ~~veritas~~: quod eum verum est de iure in concreto (ut cum hodiernis philosophis loquar) id etiam de iure in abstracto affirmare sustinet; deinde nullum nisi inter cives eiusdem reipublicae ius nobis relinquit, contra omnem veritatem atque rationem; denique ita disputat quasi omne ius quod persequi confestim nequeamus, propterea ius non sit **), quo errore, ad quem ipsi olim nimis proclives fuimus, nullus cogitari potest perniciosior. Quod autem ad exemplum attinet, quo declarare cupit, omne de iure et iniuria iudicium sine agnitione illa fluctuare, homines egenos atque nudos fingit tempestate ad oram dissipitam delatos, cuius incolae divitiis affluent, regionem omnem

*) Lib. cit. p. 19 — 23.

**) „Immer wird es das Anerkennen Aller seyn, „welches dasjenige zu (erzwingbarem) Rechte „macht, was sonst durch sich selbst auf keine „Weise so (?) würde Recht seyn.“ (Itaque alia ratione tamen ius esset; quod nobis sufficit!) „Ja es lässt sich ohne eine solche Sanction, sey „sie auch nur eine stillschweigende, wodurch ein „gewisser Zustand, worin Personen oder Sachen „sich befinden, als nothwendig auerkannt werde, „durchaus kein Recht denken. Deshalb (?) kann „von Rechten im sogenannten Naturzustande, d. h. „die schon ohne alle besondere Anerkennung geltend ge- „macht und mit Gewalt aufrecht erhalten werden könn- „ten“ (de quibus nos certe non quaerimus) „durch- „aus nicht die Rede seyn.“ Lib. cit. p. 48. sq.

iamiam occupaverint, negatque iure decidi posse, num advenae ab incolarum dominio abstinere debeant, imo horum imperio subiici queant? an possessores expellere ipsique loca occupare? an denique ad divisionem provocare iure possint? *) Si omissa honestatis et aequitatis quaestione, de qua ex mea quidem sententia in universum decerni nequit, solam iustitiae legem consulamus, non videtur dubitari posse:

1) dominia et possessionem incolarum illasam esse ab advenis servandam: neque enim in ditiones aliorum ferarum more irrumpere, earumque ordinem turbare, rationi atque paci inter homines servandae consentaneum est: unde nec ad divisionem invitis incolis provocare iure poterunt;

2) non esse advenas ab incolis subigendos, etiamsi id vi fortasse efficierent: sunt enim homines natura aequales, ut alterum alteri ferro submitti, iuri ac rationi repugnet;

3) eosdem tamen advenas et redditus in patriam subsidia, et donec ea parentur, vitae praesidia necessaria; victum puta, amictum, et domicilium, perfecto iure posse exigere: quum enim sine his

*) „Ich sehe durchaus nicht ein, wie eines von allem „diesen Recht seyn könnte oder auch Unrecht, im „iuristischen Sinne. Was Moral und Billigkeit bestimmt ist sogleich klar: aber können wir sagen, „es müsse eine solche Forderung mit Gewalt rechtlich durchsetzbar seyn, weil es ein angebornes „Recht so mit sich bringe?“ etc. Lit. cit. p. 49. In quibus rursus falso proponi quaestione in aperatum est. Non enim in eo posita est: quid vitamquam ius impetrari queat? sed eo pertinet, an qui vim habeat, ea ad finem certum uti iuste possit?

essent interituri quibus abundant alii, partem qua indigent ab illis peti, imo si recusent, quam iudicis copia desit, vi exprimi, neutquam iniustum est. Atque hoc ius, e quo hospitia exorta sunt, inter Phaeacas agnatum esse Odyssea docet *). Quodsi quis

4) oblatis ad redditum necessitatibus commotari in alieno solo mallet, idque intolerabile incolis videretur, quia nemo illum recipere in tutelam vellet, vi expelli atque in patriam deferri absque dubio posset. Dura haec videbuntur multis: sed meminerint, duritiam qua nos adversus malignos defendamus maxime necessariam, arbitriis hominum, a quibus omnia pietatis et humanitatis officia proficiuntur, plerumque mitigari **).

VII. Quod denique magnopere urget L. A. Warnkönig, ex opinione nostra eam civitatem, quae iura connata non defendat aut adimat, absolutam sancire iniuriam **), id nos adeo non moratur, ut potius ambabus, ut aiunt, manibus concedamus. Neque enim illud quod *suae* opinioni obstare ipse sensit argumentum removit: si omne ius agnitione publica nascatur, etiam iniuriam pro iure agnosci posse. Nam si id argumentum eo refutasse sibi videtur, quod natura homini insit studium perficiendae atque corrigendae conditionis *suae*, eoque studio etiam ius emendatius et rationi

* Cf. amicissimi Eduardi Platner libellus: Notiones iuris et iustitiae ex Homeri et Hesiodi carminibus explicitae, (Marb. 1819.) p. 137. sqq.

**) Plane nobiscum consentit Eschenmayer lib. cit. T. I. §: 50. 51. p. 159. sqq.

***) Lib. cit. p. 50. sq.

et cōmodatius sensim sensimque prodeat, vche-
mpter errat; quippe id non modo repugnat ver-
bis nostri: „es soll was Recht ist überall Rech-
ten seyn und unter allen Menschen,“ sed etiam
valet ad ipsam vim argumenti augendam. Scilicet
quum philosophia summas omnium rerum notio-
nes intueri nos iubeat, ibi ius deest sensu philo-
sophico, ubi aliquid perfici et entendari potest.
Quodsi ius esse dicas quicquid publice agnatum
sit, idque perfici seculorum decursu et excoli-
fatearis, furtæ, rapinae, caedes, omnia denique
quaes iustitiae notio maxime repugnant iusta ha-
beri possunt, donec iniusta esse populus agnoscat.
Quod nos si de iure positivo disputetur, lubentes
largimur: quemadmodum enim omnibus in rebus ho-
mines a summo perfectionis gradu remoti, in inferiore
consistunt, ita iuris imago certis aetatibus, more
aut superstitione abreptis, adeo se abscondit, ut
non modo (quod humanæ imbecillitatis est!) in
causis singulis decidunt, sed in stabiliendis gra-
vissimis principiis, iniuriam pro iure amplectan-
tur. Quem in censu recentiorum populorum
institutis inquisitio in haereticos, sagarum et ma-
gorum persecutio, quaestio per tormenta, iterata
librorum absque auctoris et bibliopelae consensu per
typos repetitio referuntur; quae licet legibus qua-
rundam civitatum consentanea aut fuerint aut sint
cum maxime, nemo hodienum iustitiae in univer-
sum accommodata dixerit. His igitur exemplis usus,
si quis nos prohibeat quominus aeternas iusti et
iniusti leges anquiramus et e ratione deriveamus,
quarum ope omnes omnium populorum leges ex
parte saltem examinemus, idem artifices ac philo-

sophos de pulcri notione velet quaerere; fuero enim homines hodieque sunt, quibus nigra ac tetra Africanae mulieris facies, pulcrior Venere Medicea videatur. At proprium id hominis, praesertim eruditii est, ut non ei quam reperit conditioni inhaereat, sed meliora quaerat: ut non ex his quae sunt eius quod fieri debeat leges deducat, sed primum meditando, observandoque leges inventire studeat, tum secundum eas quibus factis quibus omnis opus sit pronunciet. Sed audiamus paulisper eam in rem disputantem Antecedensem Leodiensem:

„Ist es wahr, dass *wirklich* Recht sey, was „nach Bildung eines geselligen Vereins auf „irgend eine Weise als solches festgesetzt „ist, so kann auch nicht davon die Rede „seyn, dass in einem solchen Verein die „Urrechte durch ihn müssten geltend ge- „macht werden können, sofern sie nicht auf „irgend eine Art anerkannt sind.“

Haec etsi recte colligi non negem, ipsa tamen consecrarii natura arguit principii falsitatem. Quis enim vitam, valetudinem, libertatem externam, defendi non posse sustineat, nisi iure eius defensionis agnito? aut quis ibi ius servari contendat, ubi ista bona defendi nequeant? — Nam hoc quoque loco ita sermocinatur auctor, quasi iura indefensa, iura non sint, et quaerere nos iubet, quid vero iuri (dem *wirklichen* Rechte) opponat? — Scilicet ius in abstracto! — Id vero ipsum est quod scrutamur!

„Es ist daher gleich falsch, Urrechte in dem „gesellschaftlichen Zustande als wirksam an-

„zanehmen, deren Geltenmachung ausser
„demselben man für unmöglich hält, ohne
„doch ihr Daseyn zu läugnen.“

*Nos, qui societatem cum hominibus ipsis ortam
esse statuimus, atque haec duo : habere ius, et
persequi illud posse accurate discernimus, iura
quaedam primaria esse arbitramur, quorum
defensio, ad quam natura omnes et ratione
feramur, quam fieri possit certissime et gravissime
in civitate peragenda sint. — Quamvis autem non
absolutissima sit per humanam imbecillitatem ista
defensio, sed cades, furtu, alia facinora, nonnum-
quam patrentur, ius ipsum aeternum atque illibatum
est, sive ad notionem eius universam, sive
ad singulorum iura in posterum defendenda re-
spicias.*

„Es müsste, wenn im Staate sie (die Ur-
rechte) nicht durch positives Recht aner-
kannt werden, dann ein absolutes Unrecht
„vorhanden, und deshalb der ganze Ver-
„ein selbst widerrechtlich seyn.“

*Cuius enunciationis prior pars, ut dixi, veris-
sima, posterior falsa est. Potest enim notione
iuris nondum accurate perspecta, aut in cultis mo-
ribus, id lege sanciri quod iuri aduersetur; sancita
igitur est iniuria, neque tamen iniuria consistit
civitas, quam voluntate sua et amore cives am-
plexuntur. Qum ad externam respiciamus iu-
stitiam ea gradus quosdam admittit, aliisque rebus
laesa, aliis colli ac stabiliri potest. Variant enim
populorum, praesertim incultorum, de iusto notio-
nes: neque, si illis quae qualibet actate vigent
principiis fuerint obsecuti, licet ab aeterna atque*

summa iustitiae lege recesserint; iniustaē dici possunt civitates. Alioquin omnes iniuria consistarent, quum nulla sit quae absolutam repreäsentet iustitiam.

„Man müsste es demnach als vollkommen „rechtlich finden, wenn ehemals die Römis- „schen servi revoltirt hätten, um ihre Men- „schenrechte geltend zu machen.“

Contra Romanas leges eos acturos fuisse, non nego. Ceterum quum eo aetas nostra devenerit, ut iis armis defendat servitutem *), quae partim subministrata ab Hobbesio, ipsa antiquitas non fuisse probatura, (quippe Romani **) pariter ac Graeci ***) contra naturam esse servitutem intellexerunt) ingenue mihi videtur pronunciandum, servos Romanos, si adveraus dominos remque publicam communi ope surrexisserent, adversus leges quidem, sed non iniuste fuisse acturos. Et quicunque Italiae populos sociali bello civitatis iura sibi asserentes recte ac strenue fecisse concedit, multo magis idem de servis in libertatem sessi vindicantibus affirmet necesse est, quorum longe deteriorem fuisse conditionem, nemo est qui

*) Hugo Lehrb. des Naturr. §. 141. sqq. Haller Handb. §. 35. in nota p. 135. et Restaur. T. III. p. 199 — 215. Contra disputant praeter Welkerum Schulzius §. 111. p. 137. sqq. Köppen Rechtslehre p. 25. sqq. Eschenmayer T. I. §. 55. et T. II. §. 61. imo ipse principia sua hic deserens Marezoli §. 118 — 125.

**) §. 2. Inst. d. I. N. G. et C. §. 2. Inst. de iure person. L. 4. D. de Iust., et I.

***) Cf. praeter alios Platner lib. cit. p. 134. sq. et Krugius noster in Progr. de Aristotele servitutis defensore. Lips. 1812. 4.

nesciat. Hoc enim ipsum ex institutis iustitiae contrariis triate imo execrabile malum oritur, quod perpetua orjuntur legitimi et iusti dissidia, neque is qui legibus repugnat iniuste egisse dici potest, nisi ab iis, qui tamquam e vinculis sermo-
einantur.

„Man müsste es rechtlich finden, Könige „blos durch Erbfolge zum Throne gerufen, „geradezu zu stürzen, weil es (?) gegen „das Naturrecht seyn könnte. Das blose „Auerkennen solcher Zustände würde durch- „aus sie nicht rechtlich machen können, „Es mögte darum eine Wissenschaft, wel- „che Rechtsätze enthielte, die durch sich „selbst, durch die blose Gewalt der Ver- „nunft als Rechtsätze mit Gewalt (?) „geltend zu machen wären, nicht möglich „seyn.“

Quod ad regum imperium hereditarium attinet, nihil habet quod iuris notioni repugnet, siquidem a civibus aut expresse aut tacite sit agnatum, ut plane non intelligam quomodo hoc potissimum exemplum servituti proxime adiungi potuerit, nisi ut odium iuri naturae pararetur. Ceterum placita quaedam iuris sola vi sua ac natura posse defendi et quasi in vita repraesentari, nemo somniavit, agnitione autem iustum ex iniusto fieri posse, praefracte negamus.

Iam ut causae nostrae satisfaciamus nihil superest, quam ut omnem quae inter morum et iuris disciplinam, deinde inter ius naturae et positivum intercedere videatur differentiam, paucis propositionibus explicemus.

Differit autem ethica a iure naturae

I. *fine*; qui etsi communis est practicæ, ut vocant, philosophiae, quae vitae ad rationem accommodatae leges explicat, ethica tamen summam honesti legem per se spectatam homini sive in solitudine sive in societate viventi observandam, persequitur, idque habet propositum ut bonum et honestum omnes actionibus suis exprimant. Iuris autem disciplina habita naturae animalis atque socialis ratione, ad externa honestatis impedimenta inde oriunda respicit, idque propositum habet, ut ordo quidam externus societatis inveniatur, inventus stabiatur, qui ad removenda atque tollenda ista pericula valeat; unde ipsius cum ethica nulla potest esse pugna.

II. *ambitu*; ethica enim lex omnem humanam actionem, qua latissime patet, sive faciendo, sive omittendo, sive cogitando atque sentiendo sese exserat, complectitur; iuris ratio non nisi externas actiones, societati manifeste noxias, attingit; unde quum nulla sint ethice διαφορα, multa sunt e disciplinā iuris. Non quasi ea permittat v. c. mendacium, avaritiam, luxuriam, [fuere enim qui huiusmodi iura contra omnem rationem excogitarent *]) sed quia arbitrio cuiusque committen-

*) Ne C. S. Zachariae quidem; ingeniosissimus scriptor, hac ex parte ab omni errore sibi cavit. Nam T. I. p. 54. has proponit notiones: „Ein Recht ist die „Zulässigkeit, eine Rechtspflicht die Notwendigkeit „einer Handlung zu Folge des Rechtsgesetzes.“ Eine „Rechtspflicht als Gegenstand des Rechts betrachtet, „ist eine Rechtsverbindlichkeit.“ Unde pag. 83. demonstrato iure puniendi, sic mirum in modum argumentatur: „Da eine jede nach den Gesetzen

dum est, utrum honeste an surpiter vivere velit, neque ea facta quae pacem et securitatem non laedunt, nisi in carcерem et custodiam mutare velis societatem, prohiberi possunt.

III. *legum qualitate*, nam ethica imperat, ius prohibet. Quod ut recte intelligatur ab universa iuris notione (e. qua singulorum iura fluunt) explicanda incipiendum. Qui enim a iure singulorum definiendo ordiuntur, eorum non modo omnis disputatio fluctuat et lumine suo destituitur, sed gravissimus etiam is error adducitur, quod, quia nemo ad consequendum ius suum adjicitur, in permittendo omnem iuris naturam versari opinantur. At primarias rationis leges permissivas esse non posse, sed aut imperare aut prohibere, apertum est. Optio autem qua in iure

„des Rechts zulässige Handlung ein Recht zu nennen ist, so ist dem Verbrecher allerdings ein Recht auf „die verwirkte Strafe beyzulegen.“ Sed tale ius, ei cui competit noxiū, cuī ipsa iuris notionē pugnat, neque formulis vitae quotidianaē: *dem Verbrecher widerfährt sein Recht, er fordert sein Recht,* abuti debemus in quaestionibus artis ac disciplinae.— Legem iustitiae exaequantis, quam inter homines primariam esse auctor ipse fatetur p. 84. sq., idem p. 59 — 61. prohibitivam esse recte praecipit. E prohibitiva lege oritur alteri necessitas facta quedam omittendi, alteri ius hanc omissionem flagitandi, scilicet ei, chius in commodum facta est prohibicio. Neque vero colligi potest, quicquid non sit prohibitum legi accommodatum esse, quum sit extra legem, *ἄδιαφόρος*. Itaque iura singulorum e summa iuris lege deducenda, id comprehendunt, quod ab aliis in eius qui iure utatur gratiam omitti vel certis casibus fieri debeat, non id quod is ipse qui iure utatur facere possit. Quod etiam probant correlatae iuris et obligationis (*sensu moderno, non Romano*) notiones.

persequendo utimur mēre ethica est, atque ad internam libertatem spectat: neque si rem accurate ex morum disciplina examinavetis unquam erit dubium, num iuri cuidam insistendum, an ab usu eius abstinentiū sit.

IV. *incitamentis*, (*Motiven vocant nostrates*); haec enim morum disciplina in ipsa honesti legē, et ad summum humanitatis gradum contentiope, quaerit. Sed externus iuris ordo vi sustineri ac defendi debet, cuius scilicet aut comminatione aut usu illi moveantur, qui rationi aures obturaverint *).

Iam si de iure in civitate constituto quaeratur, discernendum est a iure voluntario ius necessarium.

I. Ius necessarium quod e rationis praeceptis ac iuris notione derivatur, paucis constat, neque ad conservandam civitatem sufficientibus principiis, sed tanto gravioribus, quanto certius constat nullum in iis esse legumlatoris arbitrium, quippe quibus sublati imperii auctoritatem atque fundamenta ipse evertat. Et quamvis non absolutus fuerit omnium aetatum atque populorum in hac juris parte consensus, quemadmodum servitus, quaestiones per tormenta, haereticorum ac sortilegarum persecutions, quae omnia hodie abhorremus, docent, tamen neque adversarii omnes huiusmodi institutis unquam defuerunt, et norma iuris necessarii ex indole atque cultu cuiusvis aetatis penda est. Nam quum in eo hodie ICTI omnes consentiant, non tam legibus quam usu et con-

* Cf. Zachariae T. I. p. 55.

suetudine ius inter cives primum constitui, constitutum excoli atque firmari, necessario ista consuetudo ad eas notiones sese applicat, quas de honesto atque iusto cives concepero: quibus accuratius cultis atque perspectis fieri potest, ut id quod maioribus iustum imo necessarium videbatur; nos turpe atque nefarium esse intelligamus: praesertim quum soleant, latius sparsis doctrinæ praeceptis, eae causæ evanescere, quae ista instituta antea commendabant. Quapropter ubi aliquod praeteritorum temporum institutum rationi et iuri naturae adversari pronunciamus, non tam legumlatores atque populos vituperamus, qui istas pestes toleraverint, quam illas unquam inter mortales reduci posse ac debere negamus *). — In singulis autem legibus ferendis quosdam arbitrii principum scriptos esse fines, neque illorum auctoritate honestum ex inhonesto, iustum ex iniusto fieri posse, iam veteres intellexerunt, omnisque docet historia. Nam quidquid legumlatoribus ea in re tentare placuit **), etiamsi a civibus aut timidis et imbecillis, aut levius malum pro graviore

*) Ita evitare videmur ea opprobria, quibus Ictos philosophastros ingeniose ac facete persecutus est b. Seidensticker, in libro *Oblivioni non tradendo: Juristische Fragmente*, (Gott. 1802. 8.) T. II. p. 2 — 61., qui in iis quae ipse de argumento nostro disputavit p. 62 — 83. non multum recessit a nostra sententia.

**) Quo spectat v. c. lex Lycurgi de furtis, L. a. C. ad legem Jul. mai., de cuius ea parte quae ad innocentes puniendos spectat, in iudicio maiestatis non attendenda, videnda est Gruner et b. Erhardi *Dissertatio*, quas Lips. 1803. prodiit.

quod e certamine cum legumlatore incundo oreretur, elegantibus, per aliquod tempus observatum esse videamus, usus fori fere semper paullo post repudiavit. Qua in re antiqua tempora longe a recentiori aetate superari, quae accurate cultis vitaueque accommodatis, praesertim Christi beneficio, ethices principiis, et legumlatores sistat religiosiores, et cives excitet ad severius de legibus iudicium, ne pertinacissimi quidem antiquitatis admiratores negaverint.

Ac paulo accuratius rem considerantes facile animadvertisimus, maximam illius quod necessarium diximus iuris partem, ad civile seu privatum spectare, de iure autem publico, sive ad constitutionem sive ad administrationem civitatis referamus, pauca tantum et universalia principia posse stabiliri. Unde ingeniose dudum, ut alia multa, docuit Schlosserus *), reliquarum legum omnium, quae ad crimina et poenas, quae ad statum publicum, quae ad regendam rempublicam pertineant, maiorem esse in variis civitatibus diversitatem, crebriores variis aetatibus mutationes: civilis iuris, etiamsi formae quaedam differant aut immutentur, idem ac stabile esse fundamentum **). Scilicet commercii inter cives regulas

*) In libro: Briefe über die preussische Gesetzgebung.

**) Negare id videtur Köppen, Politik p. 251. „Die Civilgesetze lauten bey den Völkern ungemein abweichend, ja sogar einander ganz widersprechend; ihr Werth unterliegt keinem allgemeinen Urtheil, — ihre Güte beruht nicht auf demjenigen, was sie sind, sondern daß sie sind, nämlich Entscheidung geben in Privatverhältnissen.“ Quod de singulis praeceptis verum, non de principiis.

eaedem fere omnibus actatibus placuere, quippe ad quas eadem vitae necessitas omnes ducit: civitatis autem formandae et gubernandae, criminum puniendorum ratio, a conditione singulorum populorum, singularum actatum pendet, eaque immutata necessario immutatur *). Quo ipso evenit, ut antiquae leges, quarum in aliis iuris partibus aut nullus aut exiguum usus est, (neque enim ubi ratione scripta, ut Galli vocant, utimur, lege nos uti dicendum est) civilibus causis hodienum quotidie adhibeantur.

omninoque proprius ad ordinem iudiciorum spectat, quam ad ius civile, quod inter omnes gentes iuribus familiae, dominii, et conventionum non dissimili ratione constituendis, absolvitur.

*) Miror C. S. Zachariae operis cit. T. I. p. 145. iuris publici et privati notiones ita miscere, ut ad posterius ius singulorum hominum quatenus in civitate defendendum sit, ad prius ius hominum tamquam sodalium civitatis referat. Nam haec quemodo possunt separari? aut quis ferat ius politiae (*Sicherheits-Polizey*) et ius criminale inter partes privati iuris relatum? — Melius profecto et clarius Ulpianus utramque notionem L. 1. D. de I. et I. constituit, quam nisi omnia me fallunt acurassime descripseris, si dicas: Ius publicum completi ea placita, quibus forma atque administratio civitatis, iuriumque necessariorum (*unveräufserliche Rechte* vocant nostates) defensio describatur; privatum ius comprehendere leges commercii, ac consuetudinis inter cives liberae, quibus ea non tam regatur et constringatur, quam ortis controversiis iudicetur. (Grundsätze über den freien Verkehr der Bürger, um ihn in gewissen durch den Staatszweck vorgeschriebenen Gränzen zu halten, hauptsächlich aber bey vorfallenden Collisionen aus zu setzen Thatsachen auf die Existenz oder Nichtexistenz, den grössern oder geringern Umfang, gewisser veräuferlicher Rechte schließen zu können.)

II. Ius voluntariū, quod e mero hominum arbitrio promanat, partim conventionibus nititur, quarum in iure praeſertim publico magnam esse auctoritatem, quasque non nisi eorum a quibus sunt initiae consensu tolli posse, omnes concedunt^{*)}: partim lege ac consuetudine. Innumera enim sunt instituta civilia, quorum e notione iuris et civitatis necessitas demonstrari, neque vero certa forma describi potest. Nam formae rerum, veluti iudiciorum, contractuum, testamentorum, innumeræ sese offerunt, quarum quae sit eligenda, non iuris sed utilitatis rationibus metiendum est, eligunt autem singuli populi eas, quae ipsorum ingenio, commerciis, religioni, videantur accommodatissimæ: alias respuunt, aut usu et consuetudine mutant. Quapropter qui haec e solo iure naturae diuidicant, quaeque ut necessaria demonstrari nequeunt iniusta esse clamant, profecto id agunt, ut in contemnū disciplina nostra, et praecipue ius naturæ abripiatur. Etenim haec omnis iuris hypothetici pars politicae committenda est, cuius eam ipsam ob causam arctissima est, nec tamen ab omnibus agnita, cum iurisprudentia coniunctio: nec quidquam nisi risum nobis moveant, qui de finibus patriæ potestatis, de polygamia vel monogamia, de accusatorii vel inquisitorii processus praestantia, de iurisdictione publice, et ex parte saltem a iuratis civibus exercenda, de constituenda collegiorum quibus respublica regatur inter se

^{*)} Etiam de legibus constituendarum civitatum (*von Constitutionsgesetzen*) quatenus omnes conventionum naturam habeant, multa egregie disputavit Schlosserius lib. cit.

ratione, similibusque quaestionibus disputantes, maxime imo' unice in eo elaborant, ut e iure naturae opiniones suas stabiliant. Etenim haec omnia partim ethicis, partim politicis rationibus reguntur: iusti autem regula neque accusatorio neque inquisitorio processu, offenditur, pariterque salva est, sive iurati cives publice, sive privatim I^Cti sed rationibus munitas, sententias ferant.

Nullae igitur sunt iuris naturae in iure voluntario partes nisi negativae, scilicet ut eas institutorum publicorum formas, quae iusti regulae repugnant, respuendas esse pronunciemus. Cuius rei luculentum exhibit quaestiones per tormenta, iisque similes plagas, aut per inedium, exemplum: utut enim intersit civitatis, criminosos plecti, magis etiam interest iustitiae, innocentes non torqueri atque de honestari. Quodsi constituta essent hodie clandestina, Westphalicis similia, iudicia, si quis princeps causas civium ipse solus cognoscere, sententiasve latae sollicitare ac labefactare sustineret, (quam pestem *Cabinetjjustiz* vocant nostrates) iniustum id, et ab omni parte vituperandum pronunciaremus *).

Quodsi iis quae hucusque disputavimus veri aliquid inest, iuris naturae studium, tanto olim fervore agitatum, nunc inter I^Ctos pene inter-

* Sed hoc quoque malum, ut alia, nobis commendat Hallerus Restaur. T. II. p. 239 — 245. T. III. p. 84. sq., non discernens principis in summo tribunali praesidium, (quale Imperatorum Romanorum in auditorio fuit), a causae cognitione quam ipse solus suscipit. Nam ne hoc quidem probat, quod hodie principes in causis civilibus de quibus cum subditis litigant, suis se tribunalibus subiciunt.

mortuum, ita debet in vitam revocari, 'ut profiliatis pristinis erroribus, praestantior disciplina prodeat, quae neque somnia proponat, nosque aut in Elysium aut in Tartarum avocet, humanae naturae parum accommodatum, neque vero ICtos, quasi glebae adscriptos, ultra legum placita sapere prohibeat. Nam inter ipsos Gallos florere hodie haec studia, cum libri varii docent quae de iure naturae, a philosophia iuris distincto, apud illos prodierunt *), tum instituta non ita pridem in scholis Galliae iuridicis, iuris naturae cathedra. Quo magis mirabuntur Galli de communibus studiis ita ad se a nostratis referri, quasi illam quae ius naturae spernat sapientiam ab ipsis, praesertim a Montesquieu; praeente Hugone, tamquam insigne beneficium, acceperimus, cui, etsi per aliquod tempus vulgus scriptorum sese opposuerit, quod scilicet trito itinere incedere amet, plaudant tamen hodie ICti omnes Germani, scilicet qui scholae criticae et historicae placitis omnes sese dediderint **).

*) V. c. Introduction à l'Etude philosophique du Droit, précédée d'un Discours sur les causes de la stagnation de la science du Droit en France, par A. I. Lherbette. Paris, 1819. 8. de quo libro, sans multis erroribus obsito, v. Themis, ou Bibliothèque du Jurisconsulte, par une réunion de magistrats, de professeurs et d'avocats. Tome Premier. (Paris 1819. 8.) p. 213 — 220.

**) Vid. L. A. Warkenig de l'état actuel de la science du Droit en Allemagne, et de la révolution qu'elle y a éprouvée dans le cours des trente dernières années, in opere cit. Themis, T. I. p. 1 — 24. Ibi pag. 11. 12. de Hugone : „un long séjour en Alsace et à Montbeillard l'avait mis à portée de s'instruire à fond de la littérature

Scilicet qui suae scholae cancellis adstrictus
tenetur, nihil videt, nihil audit, nihil omnino per-
cipit, nisi quod ex illa provenerit: habent enim,

„française, et de puiser dans les ouvrages, de nos
„écrivains les plus célèbres, et notamment de Montes-
„quieu, les lumières dont plus tard il devait enrichir
„sa patrie.“ Tum p. 16. sq. : „Depuis Thomasius
„on faisait généralement dériver la sanction des
„droits de l'homme, du pouvoir que la loi naturelle
„donne à chacun de se conserver, en employant
„legitimement la force de la résistance. Cette science
„chimérique, puisqu'elle présuppose que la force
„accompagne toujours le droit, fut encore admise
„par les disciples de Kant, qui, suivant mal la
„trace de leur maître, voulurent ensuite rechercher
„le principe du droit naturel dans des abstractions
„metaphysiques plus élevées, et qui enfanterent
„ainsi une foule de systèmes, dont l'effet infaillible
„devait être de replonger la science dans une espèce
„de chaos (!!!). — C'est encore à M. Hugo qu'il
„était réservé de dérouvrir le fil, qui devait nous
„conduire hors d'un tel labyrinthe. Il s'opposa à
„de si fausses méthodes de concevoir et de traiter
„le droit naturel; et s'appuyant sur l'autorité de
„Montesquieu il soutint, que tout droit n'a de
„sanction que dans l'état social; que le droit na-
„turel n'est en lui même que la philosophie et la
„morale. — — Tel fut l'objet de ses travaux pen-
„dant les années 1798 et 1799. Mais cette nouvelle
„théorie n'obtint alors que peu de faveur, et la
„foule des écrivains préfera de s'enfoncer dans l'ornière,
„qu'elle trouvait creusée devant elle.“ Denique p. 22.
23. ubi de recentissimis temporibus et schola ut
vocant historica loquitur, Gallis narrat: „Tel est
„le point où est parvenue aujourd'hui la jurispru-
„dence en Allemagne. Le caractère de la méthode
„qui y est généralement adoptée, est d'être cri-
„tique. — — Elle regarde l'étude du droit romain
„comme le fondement de toute jurisprudence“ etc.
Modo si de Ictis Germanis, non de certa schola

ut monachi, regulam, ultra quam sapere non audeant. Quo ipso nobis perniciosum videtur omne illud inter coaeyos scholarum discrimen: una enim est cui thura litamus Veritas, una in qua excolenda versamur iurisprudentia, nec maior esse potest laus historici, quam philosophici ICti, quorum alter philosophia, alter historia destitutus, necessario coecutit. Itaque hoc scholarum discrimen posteris faciendum committamus, qui quam bene singuli, quam male de arte nostra meruerint, verius iudicabunt. Interim ad finem eundem suo quisque modo, absque superbia et fastu, contendamus: neque ad exterros referentes, ea unice quae nostris opinionibus consentanea sunt, persequamur!

Agitantur enim inter ICtos Germanos eadem hodie quae inter Theologos certamina, quemadmodum egregie iam observavit Koeppenius *). Nam ut inter Theologos alii scripturae sacrae et revelationi unice inherentes, rationem a rebus fidei fere segregant, alii ex scriptura sacra, operationis illustrata, veram demum fidem peti posse, nec maius pretium revelationi quam rationi, ab eodem Deo profectae, tribuendum esse contendunt, ita nostrorum multi legibus latis, praesertim iuri

loquitur, addidisset: *positive*: nam de iure naturae hic plane silet, quasi ei nemo amplius incumberet, postquam ab historicis ICtis spernitur!

*) Politik p. 247., cuius libri integra pars p. 232 — 261. ad recentissimum ICtorum dissensum spectat, atque in eorum quae hac de re scripta sunt multitudine egregie excellit.

Romano religiose addicti, et a iure naturae, et a novis legibus condendis abstinentum esse pronunciant; multi leges positivas ad rationem et hodiernam civitatum conditionem tandem aliquando exigendas, neque postquam historica studia revixerint, iuri naturae valedicendum esse docent. Sed quum theologi omnia in rebus sacris revelationi, nihil rationi tribuentes (*Supranaturalisten* hodie vocantur,) propter rerum de quibus agitur, mentis humanae fines excedentium magnitudinem et sanctitatem refutari non possint, Icti qui eorum exemplum in rebus humanis ac facile diiudicandis, a quibus civitatum salus pendet, imitantur, aut in coecam superstitionem, aut in vanam umbraticae doctrinae ostentationem incidunt, artis nostrae dignitatem evertunt, et dum ius naturae reprehendunt, acute, sed tamquam e vinculis, disputationis periculo Deus ipse, aeternas iusti leges pectoribus nostris inserens, exempta esse voluit. A quibus vitiis si scholae quae historicam se praedicat statores virtus sua immunes praestitit, metuendum tamen est, ne id eveniat, cuius initia iam omnium conspectui obnoxia videntur: nempe ut discipuli magistrorum placitis in artis perniciem abutantur, ac iure Romano superstitione culto, philosophiam omnem, praesertim certa ac firma rationis de iusto iniustoque praecpta, ex Iurisprudentia eliminent. Scilicet scholam Gallicanam unice admirantur, atque eum in gradum reducere studia nostra volunt, in quo Cuiacii aetate constiterint: parum animadverentes, ipsum Cuiacium, si his temporibus viueret,

aliam fuisse rationem, a iuris Romani admiratione alieniorem, initurum. Nullum enim est in humanis institutis, quod posterior aetas non emendat atque perficiat: nullum, quod ad summum perfectionis gradum elevatur. Itaque et iuris naturae, diversi a scripti iuris philosophia, disciplina inter Germanos nata *), et legum Codices aut conditi aut condendi, perfici adhuc atque excoli poterunt. Sed propterea ius naturae contemnere, novos Codices dissuadere, tamquam importunae temeritatis conamina, antiquas autem leges admirari, tamquam aeternae cuiusdam sapientiae monumenta, praesertim forma et argumento mancas, superstitione et barbarie, quibusdam in partibus

*) Egregie Eschenmayer, lib. cit. T. I. p. 51, sq. (quo loco et ipse recentiorem de legum Codicibus controversiam persequitur): „Ein Recht wenigstens „ist auf heimischen Boden aufgewachsen, und dies „ist das Naturrecht. Es ist der einzige kräftige „deutsche Stamm im römischen Walde, der aus „eigenem Saamen sich entwickelte, gross und stark „würde, und weil ihm die vaterländische Erde „mehr als dem fremden Holze zuschlägt, wohl die „fremden Bäume überwachsen dürfte. Sollen wir „diesen einzigen deutschen Baum nicht nähren und „pflegen? — — — Jeder Baum muss wachsen und „erstarken, ehe er Blüthen und Früchte trägt. Hat „dieser deutsche Naturstamm bis jetzt noch keine „Früchte getragen,“ (quod tamen non esset largendum) „so müssen wir bedenken, dass er noch „nicht viel über 300 Jahre steht, während der römische Stamm bis zur Zeit seiner reifen Früchte „über 1000 Jahre nöthig hatte, unter weit günstigeren Auspicien stand, und nie von Parasiten „pflanzen, wie bey uns das Feudalwesen zu leiden „hatte.“

plenas; sermone peregrino scriptas, ne doctissimis
quidem omni ex parte intellectas, id mihi quidem,
ut ingenue fatetur, a ICTi, veram non simulatam
philosophiam affectantis, persona, atque ab huic
etatis luce alienum esse videtur.

EXCURSUS III.

De civitate quatenus conventione nitatur.

Quum antiquissima *) sit et inter Germanos prae-
cipue populos recepta eorum sententia, qui civi-
tatum origines in conventionibus quaerunt, eam
vero doctrinam recentior aetas factis et oratione
saepe ita professa sit, ut ipsas civitatum columnas
evertere videretur, evenit, ut quod homines pec-
cassent doctrinae ipsi tribueretur, eamque adeo
plerique non enuclearent amplius, et ab errori-
bus liberarent, sed tamquam ex duodecim tabulis
insignem ad deformitatem puerum, prorsus elimi-
parent. Quam quum antea alii, inque iis Hugo **)

*) Graecos quorum res publicae a singulis urbibus com-
prehendebantur, omnia ad eundem referre constat,
et quibus Plato et Aristoteles sat multis locis civi-
tatum originem derivant. Hinc ipsa quae in L. 2.
D. de LL. et SCtis migrarunt Demosthenis verba:
τόποι εστε τολμεῖς ευρέσθαι καίνουν. Neque apud Romanos
antiquissimae de statu publico leges aliter quam per
conventionem sanctitae sunt.

**) Lehrb. des Naturr. §. 368 — 371. quem sequitur
Marezol §. 42. 43.

impugnassent, Hallerus *) ita insectatus est, ut in eam omnium quae sensimus quaeque sentimus malorum culpam conferret. Quem multi alii neque illaudati scriptores, in aliis Hallerianaæ doctrinae neutiquam propitii, in iudicio de doctrina illa ferendo secuti sunt, quorum principes nominasse sufficiat Fridericum Ancillon **), Fridericum Köppen ***), Car. Sal. Zachariae †). Sed contra exortus est vir sagacissimus Carolus Dietericus Hüllmann, qui, quod plerique etiam antiquae opinionis asseciae negandū esse putabant, ausus est defendere, antiquas civitates omnes conventionibus vere initis ortas esse atque formatas ‡).

Quam quaestionem dum accuratius examinare instituimas, ante omnia de notione et sine civitatis quaedam sunt praemonenda.

De quo argumento quae recentissimus, multisque in partibus praestantissimus politices auctor Zachariae disputavit, triplici potissimum ratione videntur esse reprehendenda; primo quod imaginem civitatis (*den Staat in der Idee*) definiendo complexus est, non investigatis antea diligenter omnibus vitae civilis atque humanao necessitatibus;

*) Loca excitavi in Notis ad Excusum primum.

**) Ueber Souveränität p. 9. sq. Ueber die Staatswissenschaft p. 20. sq.

***) Politik p. 18 — 24. 66. sq. collata pag. 100. sq. Rechtslehre p. 116. sq.

†) Vierzig Bücher vom Staate. T. I. p. 171 — 180.

‡) Urgeschichte des Staats. Regiom. 1817. 8. Cuius libelli primaria capita denuo exposita magisque exculta sunt in eiusdem auctoris opere: Staatsrecht des Alterthums. Colon. 1821. 8.

deinde quod nimis amplam, denique quod eam definitionem proposuit, quae nullam finis ad quem constituta sit civitas commemorationem contineret.

Nam quod ad primum caput attinet, non est notio civitatis inter innatas nobis atque primarias referenda, quas, uti Dei et libertatis ideas, ratio nobis sola offert, sola probat; sed ad illam usum deducimur et experientia *), scilicet ubicunque cultiores homines sint, ibi civitates constitutas esse animadvertisentes. Hominibus autem unice, non superioris aut inferioris naturae animantibus, congruere civitatis notionem, certum est: nam neque animalia civilem ordinem sibi constituere videmus, neque si quid esset inter perfectiora aut inferiora praeter hanc terram ~~convenire~~ civitatis simile, id nos ratione assequi, eiusque leges explicare ullo pacto possemus. Qui igitur de republica exponere, imo ideam eius adumbrare velit, illam non e notionibus quibusdam solerter inter se coniunctis depromat, ac societatem quandam quae ipsis videatur necessaria civitatis nomine ornet, sed accurate observatis humanae naturae facultatibus, eas potissimum exploret, quae hanc civilem communitatem hominibus non modo utilem et iucundam reddant, sed adeo necessariam. Quas si repererit, sponte perveniet ad civitatis non quae sit, sed (ut est disciplinae) quae esse debeat notionem, in qua vere repraesentanda, omnibus qui in civi-

*) Quod negat auctor noster. „Wenn — der Staat „eine Thatsache genannt worden ist, so ist das „nicht so zu verstehen, als ob der Begriff des „Staates aus der Erfahrung entlehnt wäre.“ T. I.
p. 91.

tatibus vivunt elaborandum sit. — At noster hic scriptor demonstrata iuris notione, ideam eius conditionis qua homines externae potestati subsint, sua auctoritate *civitatem* appellat *), cui eam conditionem qua nemo imperet, omnibusque libera facienda et omittendi quae velint potestas sit, (quippe in qua iustitia servari nequeat) antiquo sed parum idoneo *status naturae* nomine opponit. Itaque notam aliquam civitatis pro civitate ipsa amplexus, quia ratio nos iubeat infinitum in rebus externis quaerere imperium, colligit, etiam in civitate fūs absolutum cogendi penes imperantem esse **), imo civilem potestatem per se spectatam iure, spatio, tempore esse infinitam ***). —

*) „Die Idee der Thatsache, dass die Menschen einer äussern Gewalt unterworfen sind.“ T. I. p. 88. 91. Paulo strictius pag. 116. „der Staat ist die „Idee der Thatsache, dass in der Erfahrung eine „physisch unbedingte Macht besteht, welcher ein „unbedingtes Zwangrecht zukommt, oder — — — „dass das Rechtsgesetz mittelst einer angemessenen „physischen Macht dargestellt (gleichsam vergegenständiget und verselbständigt) wird.“

**) „So gewiss die Herrschaft über die äussere Welt, welche die Vernunft als Wille fordert, unbedingt ist, eben so gewiss muss man dem Staate das Recht zu einem unbedingten Zwange in Beziehung auf die Unterthanen beylegen, den Staatsherrischer mit einer diesem Rechte entsprechenden Macht bekleiden.“ T. I. p. 25. sq.

***) „Die Staatsgewalt in der Idee ist ein *an sich unbedingtes* Recht. — — — Mithin 1) *ein jedes Recht, das nur überhaupt erdacht und in Vollziehung gebracht werden kann, ist, — — — in der Staatsgewalt enthalten* (!!!). 2) *Alle Rechte der Unterthanen beruhen auf einer Verleihung des Staates* (!!!) etc. — „Die Staatsg. i. d. I. ist in Beziehung auf die Verhältnisse des Raumes ein unbed. R. — — — Daher ist 1) die ganze Erde das Gebiet dieses Staates.

At talem potestatem homines neque exercere possunt, neque tolerare! Deo enim unice competit; unde in rerum natura restringi civile imperium propter abusus suspicionem et humanana imbecilitatem, edocemur*). — Quid igitur eam proponere

„2) Sein Recht beschränkt sich nicht auf die Oberfläche der Erde; auch das Innere der Erde, auch „die Luft und der Himmel, so weit nur die Menschen dringen und gebieten können, ist sein „Reich (!!!) etc. — Die Staatsg. i. d. I. ist in „Beziehung auf Zeitverhältnisse s. u. R. etc.— „Die Staatsg. i. d. I. ist als eine unbedingte Macht „zu denken. So weit sich das Recht des Staates „erstreckt, so weit muß sich auch seine Macht „erstrecken. *Der Staatsherr in der Idee ist allwissend, allmächtig. (!!!).* „Ihm steht die Gesamtkraft der Menschen zu Gebote.“ — Haec Hallerianae doctrinae plane similia occurunt T. I. p. 106 — 110.

„3) Jedoch vollkommen können die Begriffe von dem „unbedingten Rechte und von der unbedingten „Macht des Staates, auf keinen in der Erfahrung „gegebenen Staat angewendet werden. Das Recht „des Staates in der Idee ist unbedingt, weil und in „wie fern die Verwaltung der Staatsgewalt als „schlechthin gerecht und weise gedacht wird. Aber „in der Wirklichkeit darf das Recht des Staatsherrschers nicht unbedingt seyn, weil die Staatsgewalt in den Händen der Menschen aus Unwissenheit oder Muthwillen gemisbraucht werden kann. „Dem Staate in der Idee gebührt eine unbedingte „Macht. Aber dürfte auch in der Wirklichkeit das „Recht des Selbstherrschers unbedingt seyn, dennoch könnte den Regierungen, kraft der Schranken, welche dem Menschen die Natur gesetzt hat, nicht eine unbedingte Macht zu Gebote stehen. „Der Staat in der Idee ist ein die gesamte Menschheit umfassender Verein. Aber in der Wirklichkeit, (*so wollte es die Natur!*) bestehen mehrere Staaten nebeneinander.“ T. I. p. 111. sq. Nonne igitur praestat naturam ducem sequi, quam eidem repugnantes notiones in ipso disciplinas limine proponere?

iuvat civitatis ideant, quae in vitam revocari nullo modo possit? si posset pernicies esset ac pestis humani generis? a qua sensus omnes hominum et affectus abhorreant? cui ipsae quae sunt civitates neutiquam convenient? quae potentiae abusum in principibus, principum odium in civibus excuset? Nam quamvis haec sit natura earum definitionum omnium, quae id quod in suo genere summum cogitari queat comprehendunt, (*Ideal-Definitionen* vocant nostrates) ut illis rerum externarum, imperfectarum et inconstantium, nulla omni ex parte conveniat, tamen si quae huiusmodi notio proponatur, quae in vitam revocari non modo non possit, sed ne debeat quidem, quoniam sit eo quod rerum natura exhibet longe deterior, manifestam ea arguit totius doctrinae falsitatem.

Sed nimis etiam amplia mihi videtur notio civitatis ab hoc auctore proposita. Nam singulae notae civitatis in decursu operis ab illo propositae, quod sit universitas *), (non societas), quod imperium in ea ad maioris partis civium voluntatem exerceri debeat**), quod denique summarum societatis humanae, eiusque aeternae, necessitatum, rationem haberi oporteat ***), aut recipiendae erant in notionem, aut ex ea quae proposita est demonstrandae. Quod adeo non est ab hoc scriptore praestitum, ut civitatis et universitatis eandem notionem constituens, colligat, civi-

*) Cf. T. I. p. 103 — 106.

**) T. I. p. 192 — 204.

***) T. I. p. 204 — 207.

tatem esse universitatem *), in iis autem quae ad mitigandam civilem potestatem addit, non suam notionem, sed rerum naturam, optimam profecto ducem atque magistrum, consulat. Quod nisi fecisset, sed soli inhaesisset notioni, etiam latronum, aut piratarum consortia inter civitates fuissent referenda, quippe quae et ipsa externae eique absolutissimae potestati subsunt, atque inter soldales iustitiam quandam accurate custodire solent **). — Praeterea magnum intercedere inter socialem hominum vitam, et civitatem discrimen, et quamvis nulla civitas absque imperio, imperium tamen praeter civitatem cogitari posse ***),

*) „Ein jeder Verein, in welchem eine äussere Gewalt besteht, ist ein Staat. Es sind nicht zwey Vereine denkbar, welche, ungeachtet in beyden, eine äussere Gewalt bestünde, dennoch ihrem rechtlichen Wesen nach von einander verschieden wären.“ Ita T. I. p. 207. Sed p. 205. „Der Staat ist eine Gemeinheit (Universitas hominum). Denn e. Gem. ist ein Inbegriff von Menschen, welchen, weil sie einer und derselben äussern Gewalt unterworfen sind, ein und derselbe Wille und nithin die Eigenschaft eines Selbststandes beyzulegen ist“ etc. Ergo quum quaevis universitas sit civitas, civitas autem universitas, in circulo versamur.

**) Quod ipsum auctorem movit ad postremam civitatis notam addendam p. 204. sq. (ubi verba: „Ein Verein, in welchem die Mehrheit, oder über welchem ein Anführer nach dem Willen der Mehrheit gebietet, ist deswegen noch kein Staat, quae quomodo cum illis quae initio antecedentis notae attuli concilianda sint, non intelligo.) Sed notio ipsa sic debebat concipi, ut ista quae aliena sunt excluderet.

***) Sic facile evitatur dilemma nobis pag. 89. propositum.

non modo mythologia omnis, sed antiquissima historia, praesertim quam sacra scriptura offert, multaque itineraria docent, quae eum nobis monstrant hominum statum, qui socialis, sed tamen a civili remotissimus est. Quis unquam hominum sub communi duce venationi, piscationi, gregibus pascendis, praedae indulgentium cetervain, inter latinos *civitatem* aut *republicam*, apud Graecos ~~securitatem~~, inter nostrates *einen Staat* constituere dixit? Gentes utique venatorum, piscatorum, pastorum, Nomadum, harumque gentium principes atque duces extitisse, et in remotis terrae partibus hodienum extare scimus: sed in iis nihil nisi primordia quaedam vitae civilis, quamvis adsit imperium, agnoscimus. Nempe inest notioni civitatis ea hominum necessitudo, quae primum arctior sit, ista societate, e sola virtus et imperii communione orta: deinde firma ac perpetua; non ut nemini relinquere civitatem liceat, sed ut bene perspectis civium necessitatibus, certaque quibus illis satisfiat ratione inita, internis nitatur firmitatis praesidiis, in ordine administrandae reipublicae, ac salute civium positis. Is autem ordo, ea necessitudo inter homines vagos atque oberrantes stabiliri non potest: qui sola questus ratione coniuncti, iisdem quibus nunc abundant bonis mox aegre carentes, quoniam ne iuris quidem ordinem nisi mancum atque imperfectum sancire possunt, facile dissolvuntur. Sed fixis in certa regione domiciliis, ab agrorum cultura (quae antea non nisi admodum imperfecta exerceri poterat) vitae civilis initia derivantur; quippe cui soli et iuris, praesertim dominii, maiorem firmitatem, et de-

praecipuis vitae necessitatibus securitatem, et commercii tam inter cives quam cum exteris exercendi vincula, et artium aliarum ac disciplinarum originem, et patriae atque soli amorem debemus. Iam, quemadmodum singuli homines suum habent a quo impune non recedant vivendi ordinem, ita huic communitatⁱ hominum sensim nascitur ea iuris, administrationis, imperii forma, quae sit illi, in hac potissimum terrae regione congregatae, accommodatissima. Itaque fixum intra certam ditio- nem domicilium, a civitatis notione abesse non potest: non quod agrorum dominium causam atque originem omnibus civitatibus dederit, quod recte noster *) negare videtur: sed quod sine fixo domicilio illa firmitas ac perpetuitas cogitari non potest, quam civitatis tamquam personae fictae notio, ex omnium populorum ac linguarum consensu, necessario requirit. Quod tamen tantum abest, ut Zachariae plerosque alios scriptores secutus concedat, ut adeo civitatem classe, cui imperator praesit, consistere posse non neget **).

Denique a notione civitatis finis eius commemorationem, aut saltem indicium abesse non posse, quamvis haec vitiouse immisceri auctor noster contendat ***), propterea mihi persuasum est, quoniam ea sola ratione ab aliis affinibus hominum consociationibus, v. c. ab ecclesia, discerni atque segregari potest. Nam quod ideam civitatis ipsam in finis cuiusdam cogitatione consistere

*) T. I. p. 165 — 170.

**) Ibid. p. 167.

***) Ibid. p. 212. collata nota p. 99.

dicit, id de innatis rationi notionibus verum est: sed quum de civitate, ut paullo ante dictum, experientia edoceamus, eaque communitate hominum constet, de fine ad quem condita sit ea communitas, necessario quaerendum est. Nisi forte qui civitatem in cogitatione facti, quo homines externae potestati subsunt consistere audit, ab ulteriore quaestione: quid ea potestate sit opus? potest abstinere! — Multo igitur minus Hallero assentimur, omnem de fine civitatis disputationem vanam et inanem esse pronuncianti *).

De quo fine quis sit? nihil dicerem, nisi etiam nostris diebus defensores in Friderico Ancillone **), et C. S. Zachariae *** reperisset inveteratus eorum error, qui rempublicam securitatis et iustitiae custodiendae causa constitutam arbitrantur; quorum opinioni non modo universa antiquitas, sed natura humana adversatur. Ut enim verum est civilem ordinem nullum nondum positis iuris fundamentis exstrui posse, ita quis quæso est ullius reipublicae civis, cui solo iure dicundo satisfiat? — quod nulla instituta civitate, absque ullius imperio, commode defenditur, modo foedere inito arbitri qui controversias dirimant, criminum reos condemnant, eligantur †).

*) Handb. §. 13. p. 41. 42. Restaur. T. I. p. 453 — 458. Scilicet nullum esse totius civitatis finem docet, diuersissimos hominum in ea viventium.

**) Ueber die Staatswissenschaft p. 38 — 45.

***) Lib. cit. T. I. p. 214 — 222.

†) Egregie Welker lib. cit. p. 81.: „Der Begriff „von Recht führt den Staat so wenig unzertrennlich mit sich, dass — das Recht sogar öfter ohne „alle Staatsverbindung besteht und bestehen kann, „wovon auch das Völkerrecht einen Beweis giebt.““

Ancillonus quidem eo potissimum inhaeret, quod iamdudum egregie docuerat Schlosserus, nimis vagam atque incertam esse salutis publicae (quem alii finem civitatis statuant) notionem, qua imperanti proposita non augeatur libertas civium, sed magnopere diminuatur. Similiter Zacharias dum ad iustitiam non modo exaequantem, sed etiam tutelarem ac distributivam respiciendum esse docet, proferre videtur fines civitatis: sed eosdem rursus coarctat, quaestionem de fine civitatis confundens cum altera: quousque vis in civitate adhiberi possit? imo humanitati accommodatus esse censem, in minore bono acquiescere, quam summum imperantis potestati committendo, simul summum malum eligere; qua de re ingeniose sane disputavit *). Sed adversus utrumque scriptorem monendum est, salutis publicae notionem, profecto lubricam, ita posse restringi, et vere a recentioribus scriptoribus esse restrictam;

*) „Der Staat zehrt nur von fremdem Gute. Je mehr „man von ihm fordert, desto mehr muss man ihm „geben. Die, welche ihres Vortheils am besten „wahrzunehmen glauben, wenn sie von dem Staate „recht viel verlangen, gleichen den Gästen, die zu „einem Freyessen geladen zu seyn glauben, und doch „am Ende die Kosten des Mahles bezahlen müssen. „Es ist bey der vorliegenden Frage davon, und nur „davon die Rede, wie weit sich das Zwangrecht „des Staates erstrecke? Nun ist Zwang allemahl „ein Uebel. Es ist also nicht davon die Rede, ob „man von zwey Gütern das höhere, sondern davon, „ob man von zwey Uebeln das kleinere zu wählen „habe.“ T. I. p. 224. Honorificentius de civitato loquitur T. I. p. 25., quippe qua homines imperii quam fieri possit absolutissimt in res externas participes fieri docet. Sed id deinde imperium ex sola institutione administratione derivat!

ut summae potestatis fines si modo quaerantur, accuratissime possint describi. Quumque scholae, praecēpta omnino aut nihil aut parum valeant ad abusus summae potestatis avertendos, neque etiam de iure, eiusque defendendi et repraesentandi praesidiis, communis sit omnium consensus, quomodounque finem civitatis constituamus, maxima salutis civium pars honesto principis arbitrio commissa erit. Quod autem quaestiones de fine civitatis, atque de vi in civitate iure adhibenda, ad idem redire dicuntur, principii petitionem continet: vim scilicet aliter quam iuris defendendi causa adhibitam inhonestam atque turpem esse constat. Quodsi verum est sola vi firmari ac contineri civitates, aut inhonesta et hominibus indigna civilia instituta sunt, aut in iure tantum dicundo atque administrando versantur.

At quis non abhorreat civitatem, seque in ergastulo vivere intelligat, si omnia coactione garantur, praetereaque nullum praesto sit imperanti communis causae promovendae praesidium? Quis non intelligat claustrō ferarum similem esse hanc civitatem, quae si quando erumpere nitantur, coercentur a magistris atque puniuntur? Quis neget in civitatibus bene institutis liberorum educationi, pauperum sustentationi, liberalibus artibus, literis, moribus, commerciis, agriculturae, religioni infinitis modis prospici, qui neque e sola iustitia derivari, neque vi defendi et sustineri omnes aut possint aut debeant? Quae si quis omnia saltem mediate ad iustitiam revocari posse contesidat, uae! illi eadem ratione in temperantia, aut fortitudine civium finem civitatis positum

demonstremus: is enim est civilium institutorum nexus, ea inter se ratio, ut si singula una ex parte, nec diligenter considerata, omni hominis indole examinaveris, facile possint ad unius cuiusdam virtutis excolendae finem revocari. Certe quum natura omnes libertate delectemur, eae maxime anquiri a bonis principibus rationes solent, quibus aut ipsi, aut ipsorum auctoritate alii exemplo, cives excitando, edocendo, sustentando, laudando, etiam dissuadendo, avertendo, vituperando, consulere civibus possint; quibus vicissim quae hoc modo perficiuntur gratia maxime et accepta sunt. Quod Zachariae intelligens, in his quae princeps praeter vim consequi possit bonis, tum in administrandae iustitiae forma, ad salutem publicam uice respiciendum esse largitur *) : sed ea re quantopere principia sua deserat, et secum ipse pugnet, non est quod ostendam.

Civitas quam multitudine hominum consistat, inter se coniungi, non a se segregari (quod melius extra civitatem fieret) cupientium, causa eius atque finis in solo iure, coactione custodiendo ac defendendo, posita esse nullo modo potest. Ius enim non coniungit homines, sed alium arcet ab alio: vis non allicit aequales, sed propellit. Nulla est inter homines societas, quae aut iure sit necessaria, aut sola vi possit contineri: omnium sive in corporis sive in animi sensibus, praeceps in imbecillitate humana, quam optimus quisque nou sentire non potest, causa et origo latet, omnium in vi quaerenda tantum defensio. At illa maxima et

*) T. I. p. 230 — 233.

longe gravissima communitas, qua ceterae continentur ac iuvantur, ad quam omnes ubivis terrarum homines interna necessitate ducuntur atque adiguntur, nihil aliud habeat propositum, quam ut iuris ordo vi defendatur et sustineatur? — Scilicet qui ita disputant, sponte eo perveniant, ut paene hostilem adversus civitatem spirent animum; quam alieno sese locupletare, atque inter necessaria humanitati mala referendam esse innuant *).

Mihi vero humanae naturae dignitatem atque praestantiam contemplanti, talis quaerendus esse videtur finis civitatis, quem extra civitatem non assequi, ad quem intra illam perpetuo contendere ea ratione possimus, quae sit divinae illi indoli consentanea. Quae indoles quum eo potissimum se exserat, quod animi atque corporis vires in infinitum excolere et possimus et velimus, neque ei rei certi a natura fines sint positi, sed subsidia multa, praesertim in hominum societate submini-

*) Sic noster in civitate perpetuum videt diversarum virium conflictum, dum imperantis potestati vim depulsivam (die abstossende Kraft), libertati singulorum attractivam (die anziehende Kraft) tribuit. Item timore civitatem nisi debere cum Machiavello docet T. I. p. 189 — 191. Quod tamen ita temperat, ut civibus refractariis extorqueri obsequium possit, quasi tunc dici possit civitatem nisi timore. Laedimur etiam verbis: „weil Furcht ohne Liebe „etwas, Liebe ohne Furcht nichts ist“ quae invertenda esse tempora nostra docuere. — Quanto rectius veteres docuero in civitate optime instituta nullam vim, nullum conflictum esse, omnia sponte fieri sunnum esse imperantis et subditorum consensum! Cf. Köppen Politik p. 22. sq. 348. sq.

strata, quibus impedimenta removeantur, studia partim excitentur partim coniungantur, summus civitatis finis in eo positus esse videtur:

ut sapienter adhibitis omnibus quae vita socialis praebet subsidiis, naturae humanae dotes magis magisque excolantur atque perficiantur.

Quem finem, communem omnium civitatum, quum sint hominum genera diversa, naturaeque beneficia diversimode per orbem terrarum sparsa, aliae civitates aliis praesidiis, sed eadem sequentes principia, quae politices disciplina complectitur, assequi studebunt. Et quamvis magna sit etiam inter recentiores scriptores, si verba species, verborum varietas*), ita tamen in re ipsa consentiunt, ut ea doctrina aevi nostri rationibus unice accommodata esse videatur.

Iam secundum ea quae hucusque disputavimus *civitas, aut res publica est societas hominum in certa terrae regione sub communi imperio viventium, naturaeque humanae dotes adhibitis omnibus vitae socialis praesidiis excollentium.*

Sed quum haec sit imago quaedam civitatis, ex ipsis, ut mihi videtur, humanae naturae necessi-

* Cf. praecipue Henr. Luden Handb. der Staatsweisheit oder Politik. (Ien. 181.) p. 10. sq. Welker lib. cit. p. 98. sq. Schulze lib. cit. p. 106. 107. Köppen Politik p. 58. sqq., et parvus sed egregius liber: Ueber die natürlichen Gruudsätze des Staatsvereins. Sendschreiben eines Ausländers an einen gefeierten Preussischen Patrioten am Tage des Friedensfestes. Lips. 1820., cuius auctor fertur esse Gibson, Britannorum apud Gedaneuses consul.

tatibus repetita, eae quae vere extant civitates sensim sensimque ad illam debent contendere. Neque enim homines excoli nisi sponte id cupientes, eiusque rei bene sibi concii possunt; quapropter ubi violento, unius imperio oppressi aut servili ingo submittuntur, aut ad resistendum invitantur, istum civitatis finem eos assequi non posse clarum est; neque ubi effrenis populus legibus se ipse solvit, utque mala saepe nec multa nec magna avertat, de summis humanitatis bonis periclitatur, ad summum civitatis finem contendi potest. Quanto arctior autem atque firmior primum inter imperantem atque cives, deinde inter cives ipsos intercedit necessitudo, tanto certius, sive pacis sive belli temporibus, nemo quidquam humani a se alienum putabit, tanto laetius efflorescent commercia, artes, literae, tanto perfectior erit civitas. Neque statuendum est omnia in civitate a principe eiusve nomine fieri: multa enim quoad finem civitatis assequendum ab ipsis civibus perfici et possunt et debent, quae principi hac sola ratione debentur, quod totam civitatem regit atque sustinet.

Quodsi quis violentam civitatum originem nobis opponat, primum negamus *omnes* civitates vi esse ortas: nam si vel maxime quibusdam conjecturis nimium indulserit Hüllmannus, id tamen egregia illius opera luculenter cognovimus, magnam antiquissimarum civitatum partem conventionibus suam debuisse formam: tum philosophice rem examinantes, violentam quarundam civitatum originem parum curamus, sed omnes, quomodounque ortas, eo contendere debere pronunciamus,

ut ille inter principem atque cives; consensus oriatur, ortus conservetur ac stabiatur, factisque omnium omnibus sese exserat.

Itaque dum civitatem conventione niti docemus, non hoc intelligimus, iniustas esse civitates, nisi quae conventione sint ortae, neque illa de pacto unionis, constitutionis, subiectionis, somnia, iustae qua sepulta sunt oblivioni eripimus: sed ita demum ad communem civitatis finem contendi, ac civitatem quae esse possit perfectissimam repraesentari iudicamus, si tanquam ex conventione omnes agant, interque civem atque subditos mutua iura, mutuae obligationes agnoscantur. Quia in re etsi rursus nobis cum Car. Sal. Zachariae. conflictandum sit, qui solius iustitiae ratione habita, potestatem civilem propterea iustum ac necessarium arbitratur, quod absque ea iustitia administrari nequeat *), ac conventione niti civitatem negat, quia nemo infinitae potestati sese sponte submittere recte possit, omnique huic doctrinae opus sit refugiis atque figmentis nimium multis **), praferimus tamen imaginem civitatis eam quae homine digna ac cum eius libertate consentanea sit, illi quae, propter administrandam iustitiam, ad servile omnes condennet obsequium.

*) Operis cit. T. I. p. 116 — 120. collata pag. 131.

**) Ibid. p. 171 — 180., ubi pag. 177. verba: „Ein „jeder Vertrag, durch welchen der eine Theil „seiner Selbstständigkeit beraubt wird, ist wesentlich nichtig. Der Staatsvertrag aber müsste ein „Vertrag dieser Art seyn. Denn die Staatsgewalt „ist ein unbedingtes Zwangsrecht.“ Id vero ne Hallerus quidem pronunciaverat !!!

Nihil etiam figmentis nobis opus; qui qualis esse debeat civitatis perfectissimae conditio, describimus: nec tamen iis civitatibus quae ad illam nondum accessere, auctoritatem suam eripimus. Parendum enim imperio esse, etiam ei, quod ad conventionis normam nondum se accommodaverit, nec quidquam ea in re vi gerendum, vel ex eo sequitur, quod pace servata etiam sub duro regimine excoli quaedam humanitatis bona possunt, in turbis autem publicis omnia periclitantur: quodque vis adhibita omnium longissime abest ab ea ad quam contendit debet conventionis imagine. Quae etsi vaga, et parum idonea ad restringendam vel principum superbiam, vel subditorum temeritatem primo aspectu videatur, tenendum tamen est, ne praestantissimis quidem disciplinae praceptoris cupidam ac vitiosam hominum voluntatem extirpari posse. Neque id iis continget qui a Deo imperium constitutum esse profitentur: [nam aut tritum aliquid et vulgare eloquuntur, aut omni praceptorum probatione excidunt *]); vel qui ex patria potestate, ex dominio soli, ex necessaria iustitiae administratione, aut aliunde potestatem supremam derivant: omnium minime his, qui in iure fortioris atque potentia causam querunt imperii.

Veruntamen quid dici potest efficacius ad conciliandos principis et subditorum animos, quam natura inter illos foedus quoddam esse, ictum, cuius aeternas leges, si religiose observaverint, non

*) Quorum tamen doctrinam ut admodum salutarem et principi et subditis commendat Zachariae T. I. p. 158 — 164.

modo civitati sed ipsi humanitati egregie consulant? — Nam si quae vere adsint conventiones, earum iam sanctior erit et gravior auctoritas: sin desint, nihilo magis statuetur libidinem regnare, atque omnia omnibus licere.

Ac profecto si in excolenda institutis socialibus humanitate finis civitatis est positus, quod nobis certo persuasum est, si neque ars ulla, neque facultas ingenii, neque virtutis studium coactione coli atque promoveri potest, sed illa res tota, praestitis quibusdam adminiculis, libertati, et ingenuo veri, recti, pulcri amori committenda est, quis neget, in civitate, his praesertim temporibus, nihil posse ad istum finem accommodate fieri, nisi quod summo principis ac civium consensu fiat? atque ea omnia quae ad eorum discordiam aut excitandam aut alendam, quae ad libertatem civium evertendam, quae ad effrenem populi libidinem suscitandam valeant, saluti civitatis atque humani generis esse contraria? — Nam ista quidem truculentia tempora praeteriere, quibus, ut barbariei eriperentur populi, violento opus erat regimine, quibus ad agriculturam exercendam, ad elementa literarum et artium addiscenda, ad fidem Christianam amplectendam, aliaque huiuscmodi, ferro atque igni adigebantur; quibus temporibus quanto certius salutem nostram debemus, tanto firmius negamus. ullam hodie cogitari posse causam, adstringendi et frenandi studii veritatis, aut si quae eius rei suscipienda voluntas adesset, quod aversamur, ullam ei perficienda sufficere potentiam.

Itaque conventionis illius qua absolutae civitatis ordinem nisi arbitramur, argumentum hoc est :

ut princeps civitatem omnem, singula instituta ad finem eius accommodata, regat, defendat, sustineat, colenda humanitatis vel adminicula praebeat, vel removeat impedimenta, eaque in re suffragia civium, ac plurimorum consensum sequatur: subditi autem usu, ope, consiliis, amore, denique libero, non servili, obsequio principem iuvent atque ita venerentur, ne civilis ordo turbari unquam possit.

Consultius enim, ut annalium monumenta docent, imo homino atque cive unice dignum est, pati potius iniuriam, quam everso civili ordine, ad barbarem redire. Isti autem quam proposuimus legi, etiam ea regna subesse arbitramur, in quibus externi fines nulli aut principum imperio, aut civium iuribus positi sunt : quemadmodum in Dania scimus celeberrima Regia Constitutione prorsus illimitatam regis potestatem claris verbis esse agnitam *).

Ceterum non eam esse fictae huius conventionis indolem, ut ad aliarum similitudinem, communi dissensu dissolvatur, aut ut princeps civium mandatarius constituatur, quaeque antea civium fuerint iura maiestatis, iam ipse exerceat **), in

*) De re v. Haller Restaur. T. III. p. 405 — 409., de qua iudicis eius nobis non probari, vix opus est ut moneamus.

**) Contra hanc enim doctrinam bene disputavit, optimoque iure surrexit Hallerus.

oratione indicavimus, atque ex aeterna civilis ordinis inter homines necessitate sponte fluit. Quumque non ius nasci, aut civitatem quamlibet creari conventione statuamus, sublatum est illud in quo tam multi sibi placerunt opprobrium, quod pactis quorum in civitate demum sit rata auctoritas, ad ipsam civitatem creandam abutamur. Imo vim illam conventionum, aeternis rationis legibus agnitam, etiam publicae rei, quomodocunque ortae accommodamus, non ut quae sint quaeque fuerint civitates, sed ut quae esse debeant, quaeque sint earum fundamenta firmissima, cognoscamus.

Atque hanc doctrinam principis aequae ac civium dignitati unice consentaneam, sat multi ex scriptoribus hodiernis ita profitentur, ut neque Ancilloni, neque Koppenii telis opprimi atque prestanti videantur *), imo is ipse quem inter ad-

*) V. c. Welker lib. cit. p. 76. 77. 81. 89. collata p. 504. sqq. Egregie Henr. Luden lib. cit. p. 12. „Ob die Staaten durch freien Zusammentritt einer „Anzahl Menschen entstehen, oder ob eine äussere „Gewalt die Menschen zusammenreibt, trägt nichts „aus. Die Geschichte mag das berichten, so weit „sie es weiss. Ein Staat ist aber erst dann, wenn „man die freie Einwilligung der Glieder voraus-„setzt. — — — Wo die Menschen nicht freiwillig „Bürger sind, da sind sie Sklaven, angehörend der „Scholle. Das Land, das sie bewohnen, ist ein „Gefängniß; und ob ich in einer Stube, in einem „Hause, in einer Stadt, oder in einem Lande ein-„gesperrt werde, — ich trage immer Ketten, nur „halten sie mich dort etwas kürzer als hier.“ Prorsus etiam ex mente nostra Schulze lib. cit. p. 105. „Dem äussern Ursprung eines Staates geht „etwas Inneres, nämlich eine Uebereinstimmung „des Willens derer, die darin gebieten und gehor-„chen, vorher, welche man wohl einen Vertrag

versarios retulimus Zachariae, alio operis loco *) eandem admittere coactus est, sed ita ut non tam summae civitatis notioni, quam civitatibus quae vere sint accommodata, neque ad ius imperantis et subditorum officia, quae potius iure necessario („auf den Grundsätzen des Notrechts“) nitantur, cognoscenda idoneam esse contendat. Sed eo delatus est notione civitatis nimis humili et lata, qua id evenit, quod rarum imo inauditum est, ut civitates quae sint, quales describit, longe excellant prae summa quam exhibet civitatis notione. Nos autem neutquam dubitamus etiam fundamenta atque causam iusti et securi imperii, (quod a vi atque tyrannide discerni et segregari debet) in solo civium consensu esse quaerenda.

Halleri autem argumenta, cui talis doctrinae inventores magis etiam furere videntur **), quam

„nennen darf, der jedoch zu seiner Gültigkeit keiner mit besondern Formen versehenen und unmittelbaren Erklärung des Willens bedürftig ist, „und mit einem gemeinen, etwa nach bürgerlichen „Gesetzen errichteten Kontakte nicht auf eine „Linie gestellt werden darf. Denn er ist von einer „unendlichen Gültigkeit, die durch keine Erfüllung „der daraus entspringenden Verbindlichkeiten je „mals ihr Ende erreicht, und sich auch nicht auf „eine einzige Klasse der menschlichen Handlungen, „sondern auf das ganze innere und äussere Leben „der Mitglieder des Staats bezieht.“

*) „Man kann den Satz, dass in einem jeden Staat die Herrschermacht nach dem Willen der Mehrheit auszuüben sey, allerdings auch so ansdrücken, dass ein jeder wirkliche Staat auf einem Vertrage beruhe.“ T. I. p. 196.

**) „Die neueren Bekänner des angeblich philosophischen Staatsrechts, geben zwar die faktische Un-

qui e conventionibus vere ortas putent civitates, (huiusmodi enim verborum ampullis nonnunquam delectatur), non nostram sed eorum opinionem attingunt, qui omnem e pactis derivant vitam socialem *). Scriptores denique superstitione ac mysticismo, quodque ex his fontibus promanat partium studio occoecatos **), quorum aetas nostra, quod sane dolendum est! largam copiam suppeditat, silentio praeterire praestat.

„richtigkeit jenes vermeinten Ursprungs der Staaten zu, aber noch wahnsinniger als ihre Vorgänger behaupten sie gleichwohl jene Hypothese als iuridische Fiction oder als Idee annehmen zu müssen, und glauben dadurch eine grosse Entdeckung gemacht zu haben“ etc. Restaur. T. I. pag. 285. sqq.

*) Neque nobis tribui potest: „der Eigensinn, der Wissenschaften auf anerkannte Unwahrheiten gründen will.“ Nam si negat Hallerus id quod historice probari nequeat, philosophice verum esse posse, totam igitur evertit philosophiam.

**) Inter quos referendus est Adamus Müller, de cuius libro: Von der Nothwendigkeit einer theologischen Grundlage der gesammten Staatswissenschaften und der Staatswirthschaft insbesondere. Lips. 1819. videatur iudicium elegantissime latum in Ephem. lit. Hal. anni 1819. sched. 309. 10. Eandem tamen cramben recoxit in Schlegelii opere menstruo: *Concordia*, iam — intermortuo!

